

J
3495

Oi I

RENASCENTIS
EVANGELII
FACIES.

PATRIBUS NOVISSIMO,
AB HOC SECULO,
DETECTA,


ET,

BREVICULA RECENSIONE,
recenter Depicta,

à

M. FRANCISCO SIEFERTO,

Serenissimo Electori Brandenburgico
à Sacris.



Stargardie Pomeranorum,
Sumptibus Authoris,
Typis BERGERI CAMPII, Regim. Elect. Typogr. Anno 1681.

In Hoc Tractatu nihil reperitur, quo minùs ex Utilita-
te imprimatur.

ELIAS GREBENITZ Theol. D.
& P. P. Facult. Theol. Senior. & h. t. Deca-
nus. *imppria.*

Francofurti ad Suerum
19. Sept. Anno. 1681.





CONCILIO ELECTORALI BRANDENB.
SANCTIORI, ET IMPERANTI,
VIRIS

PRINCIPIBUS, SERENISSIMIS, POTENTISS.
MAXIME REVERENDIS, ILLUSTRIBUS,
GENEROSISSIMIS, FORTISSIMIS, EXCELLENTISSIMIS
HEROIBUS,

SVMMA ADMINISTRANDÆ REIP.
CVRA, ET PRVDENTIA
A DEO INSTRUCTIS

PROPRINCIPIBUS,

DIKTATORIB. ET CONSILIARIIS,
PRIMÆ ADMISSIONIS SVÆ SERENITATIS
ELECTORALIS,

DOMINIS SVIS, ET HV MILLIMO,
ET DEVOTO, ET ÆTERNO CULTU,
SUSPICIENDIS,

RECENSIONEM HANC

CUM SACRATIONE
TOTIUS SUI UNIVERSI

D. D. D.

AUTHOR.

ÆQVO LECTORI SALUTEM!

UT est jam Mortalibus in proparulo, ac, ab ipsis statim rerum primordiis, è tenebris omnia, Rerum ille Opifex, èque confuso, quod dicitur; Chão, ordinatissimam rerum eduxerit faciem, ità quoq; Incrementa sumere visa est Ecclesia non raro, ex ipsismet Ecclesiarum deliquis, tenebricosis ruinis, patulisq; hiatibus. Patriã exutus Abrahamus, ventilatus est horsum, retrorsum, Exul, Terris jactatus, & alto, ut exercita sic Fides ejus heroica, in Spem niti disceret contra Spem. Amanica illa, in Populum dispersum Dei, machinamenta, quantam non Populo illi salutem? quod tandem non Providentiã Omnipotentis, suò arbitrato rerum potiri soliti, Suisq; semper, Per- vigili oculò, excubantis Omnipotentis, rarum produxere Orbi exemplum, solabilibus ut maximè adjumentis? Quid? nonne disseminatio fuit ad gentes, tristis illa discipulorum, Evangeliiq; ex excidio Hierosolymitico, dispersio? Ecclesiam equidèm; super aternitatis fundatam rupe, Catholicam, Portis contra Infernalibus, non interituram esse unquam (particularibus licet interea langvescentibus nonnunquam, & vel manibus etiam planè; irati Dei, intereuntibus Ecclesiis) quis est, qui nesciat? Verum, quando Visibilis, haud ulli apud gentes, populosq;, extituri videntur, Ecclesiã igniculi, proq; conclamato haberi occipit in terris Evangelium, tum vel maxime artis esse, pietatis, & fiducia tum esse judicaverit Christianorum quisq;, non deficere animis, nec malorum ullã obrui mole, quò minus in torridissimo afflictionum aestu, radicalem Fidei humorem confoveamus, nosq; ariditate, & Sterilitate quantã quãtã etiã; tueamur, Spei, atq; Patientiã Clypiò.

Quibus autem sparsis, per Apostolos, Evangelii Sementis, & Orientale Europã latus amplissimè occupantibus, res demùm Evangelii visa sit venire in messem, vel saltim ad maturitatem; gradibusq; se per Secula exeruerit, jam in majus, jam in melius, jam incrementò, jam decrementò? Sed omnium novissimè tandem, Seculò XVI. pro in exhausta Dei bonitate, ex ipsis cineribus, Cymmeriüsq; desolationum tenebris, caput extulerit suum victricibus palmis Evangelium? Id vero, Speculo duntaxat, non satis polito, melioribus mentibus linquimus visendum, dijudicandum. Ille, qui Populis Populos collidi patitur hodiè, & schismata cum hæresibus manere residua, suis de causis, nobis occultis, sibi notis, sed apprimè justis, Ille, inquam, ex ter- rimo primitus Chão, formosissimum fabricans mundum, Ecclesiamq; parans Filio suo nitidissimam, sciverit etiam facilè, ex his Fratrum interdum elicere concussionibus, ut (Paulò interprete) Offensa nostra, opulencia sit mundi, & diminutio nostra divitiã gentium!

JEHOVÆ



JEHOVÆ ELOHIM!

HÀU ego, posse quempiam, reor, moribundos inter, & animam, & cum anima Imperium cautiùs, posse tutiùs, posse beatiùs, committere Patri suo Cœlesti; ac Angliæ ille commisit Rex admodum tenellis annis, EDOARDUS VI. ultimâ, quæ mentiri nescit, voce, & deletis in se AntiChristi insignibus, nunc certior certiorque, ita DEUM suum affatus: Vindica, Tu DEUS, Regnum, ab omni iniquitatis mysterio meû, & Electos in eo serva, tutò, Tuos! Sic, divitem haud facilè magis, post Apostolos, instituisse reor Orbi Christiano Evangelii messem, ac fuit illa Retecti Evangelii Patribus anterioris seculi messis. Quâ certè periodo, si unquam alias, Christianorum fuit fundere, ac jungere cum Christo preces: Ingens est messis, sed Patrem rogabo ego, operarios ut mittat nunc in messem suam! Fidem quippe tùm, & Fidei crepantibus Romanæ *ἐνδειξι*, respondere fuisset promptum, cum Matronarum ista Martyre nobilissima Galla, La Gleé, cuidam, atrô notato calculô, Chavique, in faciem dicente: O fidem, fidem, istam, suo ipsius indignâ prædicato, Vestrà! Ast, fuère hæc illa, in quæ servabantur Patres, tenebrarum tempora, & vindicavit nos, vindicavit (sint grates æternâ ab hominibus nunquam satis cogitandæ, recolendæque, gratitudine grates) in libertatem Deus Vindex, Populi sui, ultrâ Babylonis ductam captivitatem.

A

Quod

Quod enim Vincentius, jam, jam morte Fidem obli-
gnaturus suam, τῷ παραζῶ isti constanter in Os: Quid
heic stas? quid moraris, Belua? Fuit hic JESUS Nazare-
nus! Id ignitis nunc, Dei beneficiô, inscriptum ru-
deribus desolationis abominationis facilè legimus li-
teris: Fuit hic Jesus Nazarenus, Tuus, O, Belua, &
Orci, Vastator. Supernâ ergò verè induti, Viri DEI vir-
tute, causam egerunt Dei sui, ut fidenter, ut masculè:
Non temerè, non carnis fidentes brachio, sed radiis il-
lustrati Justitiæ Solis, parati, iniicere cum Marolato:
Si erramus, à DEO, quem fugit tamē mendacium omne,
decepti, erramus! Ingens itaque ex alto hoc suum
moliens opus, Universi Opifex, & Molitor, & magni-
tudine laborans quasi, Parasceve aliquâ præparari ad
id, æquum duxit ævi istius tempora, & mores. Ut e-
nim Filio suo, in carne apparituro, suosq; sibi ex Di-
aboli potestate in libertatem filiorum Dei vindicatu-
ro, nunciatum ibat per Prophetam Pater: mitto, ecce,
Angelum ante faciem Tuam, Tibi paraturum viam;
itâ, non unô nomine, sæculi ejus Patribus, ad lucem E-
vangeliî convertendis, stravit viam Indulgentissimus
ille. Artes, etenim, liberaliores, literarumque bona-
rum & lingvarum studia, cœpta paulò, postliminiô ju-
re, tractari impensius, felicius, ac olim, fenestras ape-
ruere, ad ἀνορθώσια Scholarum Publicarum, brevi eri-
genda. Quid, quod non minimum Veritati attulerit
lucis, ars illa per aurificem Argentinensem, Gutenber-
gium, communicata Orbi Typographica, Anno Chri-
stianæ æræ quadragesimo, post millesimū, & quadrin-
gentesimum. Cujus postmodum beneficiô non tan-
tum lectitati fuere per Europam longè lateque, Luthe-
ri libri, (Purpuratis licet ringentibus) sed Testamen-
tum

tum quoque Vetus Hebraicum Francisci Ximenii, Cardinalis (complutensia vulgò Biblia) Toletani Episcopi sumptibus, & Græcum Novum, anno Seculi sequentis, decimò quintò, & sexto, ab Erasmo Roterodamo, publici fiebat, juris. Semina equidem (quod ire nequimus inficias) jam tùm reperiabantur Evangelii sparsa passim. Quin immò, ipsa stabant adhuc Ecclesiæ, cui haud unquam prævalituræ sunt Portæ inferorum, fundamenta. Servari enim debuit usque quaq; Ecclesia Dei, etiam visibilis, angustissimis licet interdù circumscripta terminis, circumsepta limitibus; Inter Chaldæos Idololatrias Abrahami temporibus; In Patientis Jobi sola familia apud Orientis Incolas; In Babylone apud misellos istos Exules Captivos, & Lutheri antè tempora in mediis, Sedis Romanæ, obscura admodum, turbis. Vocitata est aliquando à Divo Johanne Pergamus, Civitas, Sathanæ Schola, infidelitate quæ regeretur, & impietate. Sed, nonnullos habuit tamen, qui abs ore & nomine pependere JESU, fidem non negaturi Ejus, fidus licet inter illos Christi Testis, Antipas, occumberet à diris Persecutorum manibus. Sic, Defectio, licet Fidei, à Paulo olim prædicta, in Ecclesia visa sit Romana, manu tamen tenuit quosdam omnipotente suâ in ipsa Deficientium turba Altissimus, qui perversitatum abominationibus renunciaturi, cum ipso vitæ, obviam ibant, Israelem sanctum turbantibus, dispendio. Et nullum extitit unquam seculum, Constantissimorum Veritatis Evangelicæ Testium, exers. Qui id temporis concionaturi erant saccos, secundum Paulum, induti, quo Regnatura erat Bestia Apocalyptica. Extitere etenim illicò, ex quo ad ἀχμὴν, atque virilem adspiravit ætatem Bestia, seculo Undecimo,

fimo, à Millesimo post Natum Christum anno, Berengariani, ab Archi-Diacono Ecclesiæ Gallorum Andegavensis, Berengario, Corpus, & sanguinem Christi, non substantialiter, sed sacramentali modo in pane, & vino Cœnæ Dominicæ adesse, dictitante, nomenclaturam habentes, qui arenæ marinæ numerum in Italia, Gallia, Hispania, Angliaque vix non æquare sunt habiti. Abs anno Trigesimo florere seculi Duodecimi Henriciani, atque Petrobusiani, quibus se ad annum sexagesimum, ejus seculi aggregarunt Valdenses, post intercapedinem nonnullam à nobis recensendi. Unum allego, omnium instar, in ipsa Tenebrarum cœcitate, Archi-Episcopum Magdeburgensem, Ernestum, Duobus Franciscanis, Celsitudinem ejus, vitam jam cum alia commutantem, bono animo esse jubentibus, & omnia cum sua, tum totius Ordinis opera bona, interponentibus, ita regerentem: O, minimè, minimè gentiū! Non depono vestra opera nullius bonæ frugis. Solius Domini mei JESU Christi Opera interpono, contra morsum valitura serpentis, & iram sedatura Patris. Hisce confusus ego totus, quantus, placidè in Domino obdormiam. Causâ igitur suâ cadere quis non videt vanidicos, & vaniloquos Papicolas, Antiquitatem crepantes Religionis suæ Catholicæ? quum in mediis etiam, atque cimmeriis Papatus recessibus, Evangelium suum, ut scintillam sub cineribus, conservaverit diligenter omni ævo, DEUS Ter Optimus Maximus. Veritatem nos prædicamus antiquam eam, meliori longè jure, quam annunciavere Prophetæ, Christus docuit, Apostoli professi sunt, prima Ecclesiæ Fulcra propagarunt, totque sanguine suo obsignarunt Martyres. Annis, & Vetustate solâ, nihil proscribi potest Veritatis.

5
tis. Nec, quàm Vetus, sed quam Vera sit Religio? di-
judicandum est. Quamquam antiquior semper sit
mendacio, Veritas. Et imberbe quasi, ac impuber ha-
beatur mendacium, respectu veritatis. Debetur qui-
dem Grandævo capiti reverentia, sed antiqua doctri-
na, veritatis expers, Mœchi est instar Decrepiti, pudor-
is omnis oblitus, capilli cujus sunt mucor, & non vene-
randa canities. Sic temporum injuriâ in Hæresin de-
generata Religio Mannam refert Israelitarum, quæ
quò diutius servabatur contra Interdictum Jehovæ, eò
plus foetoris excitabat in Populo Judaico. Annus er-
go agebatur Seculi Duodecimi sexagesimus, quando
VValdenses, à Petro VValdo, Lugdunensi Cive, (aliis
Joanne du Valde Equestri loco natò) ob exutam à Pon-
tificem facultatem ipsorum, Pauperes de Lugduno clu-
entes, Papam, Antichristum indigitare cœperunt ex
sacris Voluminibus, meretricemque Purpuratam, Sy-
nagogam ejus Romanam. Quod à majoribus accipi-
mus memoriæ traditum; Professi sunt præter alia
jam ipso decimo tertio seculo hæc sequentia: Comple-
cti sacras literas, quæcunque ad salutem sunt necessa-
ria; Unum esse Mediatorem, neque ullâ esse invocan-
dos ratione sanctos; Purgatorium esse nullum, sed om-
nes homines, vel per Christum justificados, in vitam
æternam, vel non credentes, in æternam abire exitium,
de tertio nihil constare loco; duo tantum haberi, Ba-
ptismum, & Cœnam, Sacramenta; Missas, & præpri-
mis eas, quas canunt Pro mortuis, abominationi esse;
Traditiones humanas, reiiciendas esse, ut necessarias
ad salutem; Primatum Papæ supra omnes Ecclesias es-
se nullum; Romam ipsissimam esse Babylonem, de qua
in Apocalypsi. Ita Rainerius, calamum contra ipsos,
B inte-

integra agmina discipulorum tum, per Picardiam, aliosque fines, trahentes, pessimè stringens: Sectam hanc præ aliis perniciosam esse Romanæ Ecclesiæ, Quia 1.^{mo} diuturnior [quidam quippe durâsse perhibent à Tempore Silvestri, alii ab Apostolorum temporibus] 2.^{do} quia generalior [ferè enim nulla est terra hæc Sectâ expers] 3.^{tio} quod, cum aliæ sint Blasphemix in Deum, hujus homines justè vivant, bene omnia de DEO credant, omnesque Symboli articulos confiteantur, solâ ut Ecclesiam Romanam blasphement. Author est Jesuita Perionius: Tunc temporis in sola Gallia trucidata esse Valdensium plus decies centena millia. Minimam partem ad Pedemontium aufugère, unde Pedemontenses Valdensium [per insigne ὁσέρον πρώτερον] nomen subiere. Pedemontenses etenim Ecclesiam Christi inde ab Apostolorum ætate servarunt ab Anti-Christo splendidam, atque puram. In γνησίως Catholica Ecclesia, Episcopo Romano, aliisque nunc in hanc, nunc in aliam euntibus partem, nunquam non persistentes integrè, filiosque suos in universum Occidentem, Archiepiscopo imprimis suo, Viro insigni, & aulicò olim Cæsaris Concionatore, Claudio Taurinensi Duce, Seculo 8^{to}, emitentes. Vires interea sumente V Valdensium doctrinâ, nacta est Ecclesia Patronos Tutelares, Milicium Pragensem, Bohemiæ Concionatorem, Joannem de Rupefcissa, Gallum, & Nicolaum Oremum, omnes Ante-Christum esse Papam pronunciantes in aprico. In circulum autem antequam rediret periodus ista, majori in Anglia surrexit zelò, Oxoniensis Professor Theologus, Joannes Viclefus, ignei admodum spiritus, Anglorum vocitatus Apostolus, & Papam, Hæresiarcham, Anti Christum illum, in scripturis designatû, magnû,

magnum, demonstrans ad oculum. Regno pelleba-
tur à Rege, svasu Monachorum, doctrinâ ipsius, ipso
prodigiosi, & fulminibus augentis terrorem, terræ
motus, tempore, damnatâ Londini ab Episcopis. In
Bohemiâ secedens, facem accendit V Valdensium
doctrinæ. Purgatorium, Imagines, sanctorum invo-
cationem, transubstantiationem, Indulgentias op-
pugnaturus, & maxima duo volumina, mole suâ exe-
quare visa Augustini Beati opera, relinquens, Ecclesiæ
tandem suæ Lycestriensi, magno auditorum jubilô est
restitutus integer, & optimè semper apud Equestris Or-
dinis Proceres, quorum & non nulli jam sustulerant i-
magines, habitus. Præsulis Cantuariensis Synodum,
sua causa coactam, & Terræ motui alicui à se assimila-
tam, repudiavit. Sed, sessione Concilii Constantien-
sis 8^{ta} proscriptus, Episcopum Romanum dixit omnium
errorum, malorumque incentivum, & ipsam desola-
tionis abominationem. Martyriô coronatus in An-
glia, Martyres reliquit discipulos dispersos per orbem
quaquaversum, ossibus etiâ suis postmodum (ut o-
stenderent, cujus sint spiritus Filii, Monachi, abdomi-
ni nata corpora) effossis, crematisque. Quô factum,
ut agmine quasi factô, secessio fieret Fratrum Bohemi-
corum à sede Romana, Discipulis Viclefi, Jacobo, &
Cunrado, Cantabrigiensibus, Theses suas, cum Trans-
substantiationem, tum confessionem auricularem, cū
Communione sub una, elidentes integrè, Curiaæ op-
ponentibus Romanæ. Ex cineribus itaque Viclefi, ut
plurimi excitati sunt Christianorum novitiorum Phœ-
nices, ita Ex lectione quoq; librorû ejus (Alethiæ præ-
primis illius, sibi abs Hieronymo Pragensi facti com-
mendatissimi, & Bohemicam nunc loquentis linguam,
libri,

libri, ingentisque loco muneris Proceribus, ipsique in-
 super Moraviæ Marchioni, Jodoco, habiti) zelô incen-
 sus Evangelii Joannes Hussus, Baro ab Husseneck, ani-
 mum sumsit, & non solùm verba ad Populum, in ere-
 cto noviter Mulhemii, (Bethlehem) Templo fecit,
 tantâ spiritus efficacîâ, ut pluere videretur Benignissi-
 mus DEUS' novos per Bohemiam Christianos, sed, vota
 quoque fecit, sibi ut contingat in ea, post fata, proficisci
 loca, ad quæ Viclefi pervenisset anima, Viri ^{vũv èv áγίους}
 Cœlorumque Civis. Viclefi autem nunc Codicibus
 aurô, acuque pictis ducenis combustis publice à Zden-
 ko, rudi, & alphabetario quidem homine, sed Archi-
 Præsule tamen Pragensi, Hussu, turpissimis indulgen-
 tiarum obviam itanti nundinationibus, interdictum
 erat publicis Concionibus. Qui Patriam repetens
 Hussenec, sed revocatus, à Concilio citatur Constanti-
 ense maximo, anno ejus seculi XIV. Peregrinorum
 ergo confluentibus ad sexaginta millium, Papa ipse sex-
 centenis stipatus equitibus adest, vestigia præmente
 ejus Imperatore. Adest & M. Joannes Hussus, datâ fide
 publ. XI. Octobr., vel, si mavis, III. Novembr. aut pridie
 decimæ sextæ Trinitat. Dominicæ, Decimi quinti anni,
 Reclamante Conciliô, Equestri Bohemiæ, Poloniæque
 Ordine, cõquestus est de violata fide publ. Venceslag de
 Leszno, maximi, in aula Cæsaris commatis, Vir, & lite-
 ras LIV. munitas sigillis ad Concilium dedêre Mora-
 viæ Proceres, mortem deprecantes Hussi venerabun-
 dè satis, & quantum potuere. Laterem autem lavan-
 tibus illis, & tacentibus confidentium, & coactorum
 Primatibus, Cancellarius Imperatoris, Casparus Schli-
 kius, silentii ruptis repagulis, Decreto subscribere recu-
 sans, surrexit, & in necem ejus consentire nolens, egres-
 sus

9
sus est conclavi. Benedixit ipsi dehinc DEUS, gen-
temq; ejus per ramos diffusam mirificè auxit, & in Co-
mitum Imperii evexit ordinem, Husso interea inter
flammas vaticinò canente Spiritu: Torretis equidem
anserem, (quem Hussi significabat, vernaculâ isthâc,
nomen). At, veniet, abhinc interjecto seculo, Cy-
gnus, cantaturus Papæ, quem neq; torrere, neq; assare
vobis erit integrum, quin potius & DEO, & mihi red-
dere tenebimini Vos rationem. Rogo imponitur,
VI. Juli, ut fracta fides Romanæ sedis tanto magis per
flammas Martirij eluceret. Ubi, in clamantibus Pa-
picolis: Nunc animam Tuam committimus diabolo!
regeffit invicta fide ille: sed ego vero Spiritum meum
in manus Tuas commendo, Mi Domine Jesu! Et, me-
morare utiq; juvat, per Silesiam, Germaniam, atq; Po-
loniam nunc feliciter hâc doctrinâ sparsâ, connivisse
eam Doctrinam Professuris Venceslaum Regem, & in
hæc prorupisse verba: anserem istum bonum, aurea
sibi parere ova! Exustulatus quoq; , anno, periodum
abfolvente, Hieronymus Pragensis, Collega, tantæ
constantia Vir, ut in rogo tripudiaret vel ipse: Salve,
festa dies, toto, venerabilis, anno! Carnificem, sibi
a tergo hærentem in clamans: Huc! huc! accede, ante o-
culos mihi ignem accensurus. Huc enim, locum si ti-
muisssem, quem tamen effugere licuisset, nunquam ac-
cessissem. Mors, perlata ad Bohemos, re præsertim,
populo ab ovo usq; ad malum intellectâ, ingens excita-
vit Papæ asseclis, & fatale odium. Crevere dissidia;
sævitas est in Fratres; Torrebantur illi in fornacibus;
aliis ora oppleta nitrato isto pulvere, & sic, incensa,
ivêre in auram; alii præcipites dati in puteos; itum
tandem est ad arma, & extitit ille, in Venceslai enutri-

C

tus

tus Aula, Hussitarum Antesignanus, Joannes Zisca, Undecies Sigismundi Victor, & Monachorum, Sacerdotumve, turpis Cupidorum lucri, hostis capitalis, cumq; Procopio Holy, Exercitum semper profligans Germanicum, non armorum vi, sed terrore quodam, divinitus quasi immisso. Fuêretamen & alii, sicco ne quid prætereã pede, haud levis momenti, diversis tamẽ, & æris, & ævis, Antistites, incunabula parantes renascenti Evangelio. Quos inter, cum aliis, Franciscum, numeramus, Petrarchã, Hetruscũ, Parmensem Archidiaconũ, humaniores literas emortuas postliminiò ab inferis revocantẽ, & Babylonem esse Romam clamitantẽ, septuagesimo, decimi quarti seculi, anno. Id quod idem crepuerat identidẽ seculo sexto Virgo Religiosa Scota, Brigitta: Animarum esse Interfectorem Papam, Romanamq; feracem, sed Zizaniã, agrum. Hieronymus utique Savanorola, Celebris Verbi Divini Præco, Monachus Ferrariensis, sed famigerabilis pietate, & eruditione, de gratuitã per fidem in Christum Justificationis articulo rectẽ sentiens, humanas eliminavit Traditiones: Communionem sub utraque specie defendit; Indulgentias damnavit Papæ; Primatum ejus rejecit; Claves, docuit, universæ Ecclesiæ, non uni Petro traditas, & Clericandem exulceratos mores, turpissimamque Vitæ solitus est accusare rationem. Hinc publ. contra Curiam Romanam scripto à Joanne Francisco Pico, Mirandulæ Comite, defensus, & sanctus insignitus Propheta, odium concitavit in se Papæ, Florentiæ exustus, nonagesimo octavo, decimi quinti seculi anno. Vir certẽ divino accensus zelõ invitabat, ad Reformandam Ecclesiam, verbis, Carolum, Galliæ, VII, pœnas, ni faceret, comminatus, Muris etiã Urbis,

bis,

11
bis, & arcis Adrianæ, pro ipso, pedem nunc inferente
Romæ, [invitantibus quasi, genuque humaniter fle-
tibus] concidentibus sponte suâ. Quanquam, a-
cto Mediolani Conciliò, Ludovicus successor, Julio
moribundo Pontifici, animi sui sensa explicaverit pa-
lam, hâc quidem excusi aurei Neapolitani Numisma-
tis inscriptione: Perdam ego Babylonis nomen! Val-
densiumque quos jam numerosiores paullò habere cœ-
pit Gallia, fide intellectâ penitiùs, eos persecutioni da-
ri noluerit, juratò obtinens, cæteris illos meliores esse
subditis. Et involvo silentii peplo, quò vocitatum
fuisse Papam nomine, fassus sit ipse Rei Pontificiæ In-
terpres, Platina. Neq; abs re, quod Maximiliani Pri-
mi Consiliarius, Degerdinus, ad hostia missaticæ ele-
vationem, altè ingemiscere consueverit ferè, inqui-
ens: Verbi auditum multis post se relinquere para-
fangis Missaticum opus. Inter plurimos, risisse fer-
tur cultum istum Domitius Caldrius, ad suos sese con-
vertens frequenter: Eamus, ad communem istum er-
rorem! Quippe conspurcatum habebant exorcismò,
sale, oleò, Baptismuni. Theatricum, Dominicæ loco
Cœnæ, erat spectaculum. Quo cernere licebat rasò ver-
tice Sacrificulos, cantantes, quæ nemo intelligat; lam-
pades ardere cum cereis, ipsâ, quod dicitur meridie;
fumigationes, atq; suffitus excitari thuribus; præstò
esse ad aram, cum suis subministris, Sacrificulum; idio-
mate Uti peregrinò, geniculationibus, gestibusq; aliis,
atq; aliis; strictis inclinari manibus; distendere modo;
modò reducere brachia; convertere se subindè; nunc
esse clamoroso; magnò nunc demurmurare quædam
silentio; suspicere in altum; esse pronum; consiste-
re non uno loco; nunc commigrare in dextram, nunc
in læ-

in lævam altaris; micare digitis; inhalare in calicem,
 eumq; in sublime elatum reponere certis locis; crepare
 tum vivos, tum mortuos; frangere panem azy-
 mum, caliciq; immittere; pectus tundere pugno; suspi-
 rare; clausis somnum fingere oculis; expergisci idem-
 tidem; unam manducare panis partem; reliquam
 haurire cum vino, ne guttula sit residua; abluere ma-
 nus; averfam demonstrare Populo patellam de auro
 tam; admovere eam fronti, atque pectori; deoscula-
 ri nunc altare, nunc imaginulam, metallo in clu-
 sam, & quæ spectanda erant sexcenta alià. Factum hinc,
 ut laxas dederint, Ubi, *U*bi sis, peccatis quibusvis habe-
 nas, peccatum esse negantes carnis concupiscentiam;
 peccatorum autem statuentes omnium maxima, Mis-
 sam negligere, diebus comedere pisculentis carnes. *U*-
 bi colendus erat unicè, adorandus ubi DEUS Trinus, &
*U*nus, ibi conversum erat & animò, & gestu ad panem
 Missaticum, ad Idolorum imagines, sanctorumq; de-
 mortuorum intercessionem. Plebem autem ut incan-
 tamentis caperent suis, ejusmodi excogitare ille ce-
 bras, ut omnium, quotquot etiam, pollicerentur, vel
 ad millenos jugiter decurrentes annos, commissorum
 peccatorum veniam. Quid quod asserant ipsimet li-
 bellò (Horarum Mariæ nomine insignitò) procaciter:
*U*numquemque, gratiæ adhuc tempore, Beatæ Virgi-
 nis imagini genua flexurum, septiesque, cum isto, A-
 ve Maria! iteraturum Dominicam Orationem, Ve-
 niam, ad septies, & quinquagies annorum millia, im-
 petraturum suorum peccatorum. Neque, in obscuro ef-
 se possunt conditæ illæ à Sixto Pontifice preces, quibus,
 sub diu quis, lucente Sole procidens ad Mariæ statuam,
 habere dicitur plenariam ad *U*ndecim mille annos pec-
 cato-

13

catorum remissionem. Nec minùs est inproptatulo,
ut dederint ista, commiseratione semper digna, Papæ
mancipia, multum, Crucis osculis, signationibus, be-
nedictionibus, unctiõibus, sputo, lustrali aquæ, sali,
rosariis, votis, peregrinationibus Loretanis, & Hispa-
nicæ illi usq; Compostellam. Sic, ut Nehufanus VVor-
matix vicinus Abbas, non iniquè: Vel de fœno co-
medendo populum ivissent persuasum, Lutherus nî
advenisset. Eò progressi erant barbariei, ut omnis fe-
re, DEO soli debitus, Creaturis, & inter Creaturas, Ma-
riæ potissimum, consecraretur, Virgini, Cultus, Cui in-
tegrum Psalmorum librum, causæ prorsus inversò
statu, applicatum esse, proh dolor! cernimus lachry-
mas inter, & suspiria. Adeò, ut verba in hunc con-
struere sensum, non fuerit nefas: In Te speravi (non
Domine) sed Virgo Mater; non confundar! In ma-
nus Tuas committo [non Pater] sed Maria, spiritum
meum, quoniam Tu redemisti me. Ibi, ibi ibatur vo-
ciferatum: Roga Patrem, jube natum, & jure Matris
impera. Ibi sat esse honoris Domino nostro Servato-
ri, Jesu Christo, putatum ibant, si collectis suis, pre-
catiunculis [Vesperis] annexa sit saltim clausula: per
Christum, Dominum nostrum, Amen. Et quis sibi
mortalium unquam habuisset persuasum, eò potuisse
Christianos prolabi perversi animi, ut Laico, Bibliorû
interdictum fuerit lectione, quæ sepulta tùm erant
quasi, nihilque adeò in pretio, quod auro constaret
contra, quam Concionem audire Evangelicam, nisi re-
rum id doceret experientia magistra. Rudes admo-
dùm, doctrinæque penè omnis expertes, constituebant
ad pulpitem; Artis erat quibus, Legendas de S. Domini-
co, Francisco, Veronica, aliisque, aliquas, recitare, ri-
sum-

D

sum-

sumque, quod dicebant, excitare Paschalem. Non dixerim, Ethicam ipsissimam concionari Aristotelis, Melanchthone tùm ipso Tubingæ aurito Teste. Neque urserim illud, quod Puerulis, januam adhuc claudere, recludereq; nesciis, nedum oves pascituris Christi, & omnium minimè, Ovile ejus, curare edoctis, Dignitates collatæ sint Episcopales, Beneficiis exquisitissimæ, & redditibus pingissimæ, [filiis fortean Papæ Nothis, Ecclesias illas, quibus Titulò duntaxat, præerant, nunquam usurpaturis oculis.] sint luxui expositæ, & petulantia. Quum nec maximum sit, quod nonnullò, Pontifex, tempore, Bonorum trecenta Ecclesiasticorum, trecentis addicens Italis, Cantvariensem mandatò instruxerit Angliæ Archi-Præsulem, nemini ut quicquam, ante exsolutam reddituum, ex Ecclesiasticis hisce Feudis, summam, erogaret pecuniæ. Sic imperare bonis, corporibus sic imperare, imperare animabus! Ut testimonio usq; sunt, forentq; evidenti, Henricus, Imperatorum quartus, Fridericus Secundus, Ludovicus quartus Bavarus. Et literatos inter, Petrus de Vineis, Marsilius Patavinus, Guilielmus Occam, Anglus, Cæsarem calamò defendere paratus, si defensurus ipsum sit gladiò. Unum sit, omnium instar, exemplo Posteritati, quod de Thoma Beccero, Angliæ loquuntur Primate, perpetui Annales. Regem nempe, tum Angliæ tenentem Fasces, tot exquisitissimarum ab Archi-Episcopo illo sibi illatarum injuriarum, persecutionum, facinorumq; perpefforum realium myradiibus defatigatum, tantæque tandem ferendæ Tyrannidi imparem, sub prandio aliquando, omnes, quotquot cummulasset unquam beneficiis, execrationi dedisse servos suos, eò, quod de Archi-Episcopo, hoste suo, vindictam

dictam sumerent nullam. Verùm, irâ propterea motis
nonnullis fervorum, & manus inferentibus Beccero,
Tyranno Regio, itâ fœdè, itâ abjectè de corio lusum,
fuisse Regis, ut à Monachis coactus sit Cœnobiorum
ferulis cædi largiter, si vel in gratiam redire malit cum
Papa. Et memoratu perbenè audit in Ecclesia DEI
Philippus Burgundus, Episcopus aliquando Trajecti
ad Rhenum, sed Legatione Maximiliani ad Julium II.
Pontificem functus. Qui, vix non reversus Româ E-
vangelicus, non minùs impurum execratus est, quam
impudentem & fastum, & luxum, & propudium Cle-
ricorum Romanensium, ad imum Summorum, & ipsi-
us quoque Maximi Pontificis. Nihil prorsus huic
hominum generi sacrum esse, ajens, præter aurum, &
quæ nominari sit nefas. Leges eorum, & Decreta, &
Indulgentias meras esse imposturas, & perniciosissima
veneficia, nihilque sibi ad palatum fuisse adeò Romæ,
præter Cœlum, & solum, & Cives Veteranos Roma-
nos. Sanè, vix non conclamatum erat, quando idem
ferè in Ecclesiam quadrare dixisses, quod de vastanda
olim Babylone Vates pronuntiavit Domini: Cuba-
bunt tibi Zijim, & in domibus ipsorum Ojim! Pluri-
morum qui creduntur esse opinione, & Fauni, & Saty-
ri, & Pani, verissimi Dæmones, suis præstigiis, desolatis
in locis, illudentes hominibus. Et, quid, quæso aliud
erant tùm spectra, & de mortuorum grassantes animæ,
& apparitiones Diabolicæ, Missam, non Christum ef-
flagitantes pro mortuis, aliud, quam Ojim, & Zijim isti
Babylonici? Sic tùm nullius fere non composita erat
Vita, ut vel cum Brunone, Magistrum suum, Ordinis
Carthusianorum, externâ quidem sanctitatis specie de-
cantatum publicitùs Virum, sed justo DEI judicio Ci-
tatum,

tatum, Judicatū, Condemnatum, cernente, exclamasset quis facilè sonorâ admodum voce: Mundum, mundum nos, Fratres, linquamus! evolemus! & alias nobis paremus mansiones. Verum enim verò, Piscatoriò ut saltim, ab Ascenso Christo, nitebatur Evangelium Ministeriò, ita novum aliquam aggressurus, Servator, Ecclesiæ suæ Reformationem, minimè omnium sibi exquisivit, ad id Operis, Purpura è Magnis, & Cardinalitios humeros, vel Dictatores Ecclesiæ Optimos, Maximos, sed ex Cœnobio Lutherum, ex pulvere Scholastico Melanchthonem, aliosve, haud eminentis notæ Sacerdotes. Quos equidem exquisivit sibi Benignissimus, & Publico elegit Indulgentissimus bono, suâ certè optione, Viros. Factum est namque, ut, ad Clavum sedente Ecclesiæ, Leone Decimo, Viro Erudito, sed, cui fabula Religio erat Christiana, ad resarciendam illam, quam fastuosâ ejus, ad Decies Centena aureorum M. unius diei, Coronatione, Thesaurus patiebatur, lacunam, Indulgentiæ concederentur per Orbem liberaliores, Anno, à restauratæ salutis die, Decimo septimo, post sesqui Millesimum. Pro diversitate itaque Gentium, Populorumque diversi ad Ecclesias missi sunt, Indulgentiarum (quas lethales ferè dixisses, ex eventu, Sedi Romanæ) Nuncii, Legatique. In Germaniæ saltim concesserat partem Quidam, Imperante Maximilianò Primò, Joannes Tecelius, Misniâ Pirmensis, & Dominicanus Ordine Monachus, Papali stipatus Diplomate; Veniis istis, Clementis que tantam, Audaculus, arrogaturus virtutem, ut, si (per impossibile etiam) quis Deiparam violasset ipsissimam, insons tamen, & peccatis omnibus abiret liber hâc veniâ. Quid quod non commissorum duntaxat, sed & committendorum,

17

dorum, & immanè quantorum peccatorum denunciaret remissionem, expiationemque polliceretur Demortuorum animarum in Purgatorii igne, vel hoc encomio: Ut nummus in pelvi tinnit, ità anima ex igne profilit! Sed, quum non nisi nummorum à mortali- bus extorquendorum, corradendorumq; gratia, con- cedi has Bullas, ultrò citròque meminerint in his Oris Occidentalioribus plurimi; argentumque hocce, quod Spurius Papalis prodigus nequissimus, Cæsar Burgias, solebat, aleâ dilapidare, ac Germanorum appellitare peccata; transfultoriè admodum à Quæstoribus admi- nistratum, liberandique istam facultatem vili inter- dum venditam pretiò, & aleæ subjectam cernerent in Cauponarum tabernis, maximam plerisque in locis sibi conciliavit Pontifex indignationem, murmuratio- nesque Populi. Labefactari certè cœpta est ex eo Di- gnitas Papalis, sic, ut nonnullos inter, Episcopus Joan- nes, Misnensis, Diœcesi suâ eiicere haud erubuerit ve- nias illas venales in vectivâ ad Populum: quod pecu- niam in eam mitterent cistam, ad quam referendam ipsi claves non haberent; & morti nunc vecinus excla- maverit seriò: Hunc, (Tecelium) Ultimum fore In- dulgentiarum Institorem! Vesselius autem Frisius, se- nex [Lux dictus mundi] ità affatq; sit M. Joannem Osten- dorpium: Usque eò, Adolescens Tu, Vitam protra- hes, Tuam, ut Thomæ, Bonaventuræ, ejusque Scho- lasticorum farinæ, doctrinam in audias exhibitari. Cer- tum est quippe, despumasse etiam alibi Quæstores istos nundinales: En, en, Cœlum Tibi apertum nusquam non! si modo non intres, quando, Tu, intrabis unquam? O, Vos, crassissimi, durissimi que cordis, qui tantam non agnoscitis gratiarum effusionem! Tot redimere

E

posse

posse animas? & id habere neglectui? denariorum,
 posse denis, vel duodenis, à pœna liberare Genitorem,
 & tamèn nolle? Excusatos ut habeat nos, cupimus, in
 Novissimo Judicio, Viventium, Mortuorumque ille
 Judex. Habebant id temporis Athenæ V Vittebergi-
 cæ, de quibus prædictum aliquandò: Cunctas eas, ra-
 diis suis, obnubilaturas Germaniæ Accademias! Vi-
 rum quendam, Martinum Lutherum, Ordinis, abs
 Augustino, & à Professione Theologum, abhinc quin-
 quennio renunciatum à Staupitio, istius facultatis Do-
 ctorem, sed Islebiâ Oriundum, anno, seculi superio-
 ris decimi quinti, octuagesimo & tertio, die quarto,
 Id. novembrium. Habebat eum Academia, sed cæte-
 ra, Juvenilibus annis ità quantum, quantum, Papæ cu-
 pientem benè, ut dentatò frequenter sermone invehe-
 retur ex publico loco, in Bohemiæ fratres Hussitas, vel
 occidere [ut fassus est sæpiusculè] eos paratus, qui Pa-
 pæ, vel syllabâ, detrectassent obedientiam. Vide-
 bantur equidèm ipsi Hussi dogmata [in Libros ejus in-
 cidenti Erphordiæ] proba, sed adeò erat Hussi tùm in
 Germania nomen Ultimæ obominationi, ut vel solâ
 ipsius, dum legeret laudatum librum, interjectâ menti-
 one honorificentiori, extemplò, librò occlusò, fauciò
 abiret corde. Patientia tamen hæc tandèm Lutheri,
 quam habebat cum iniquis Romanæ Curia operibus,
 læsa, & per iniquissimum, improbissimarum Indulgen-
 tiarum Venditorem, Tecelium, conversa veluti infuro-
 rem, animo induit Lutherum subitò, ut, ut, alias non
 exanimem Lutherum. Ità, ut XCV. contra istas Nun-
 dinationes conscriptis Thematibus, publiceque ven-
 tilari jussis, vacaret masculè, vacaret palmam ferens, ac-
 clamations inter. Id quod fore, ter vidit Svidnicia
 ante

19
antè Saxonix Elector Fridericus: venisse nempe ad se-
se Monachum, è cœlis, Consensum postulaturus E-
lectoralem, ut ad scribere quædam liceat Ostio Acade-
mico. Verum, scripsisse ipsum literis adeò majuscu-
lis, & insignibus, ut legi potuissent singula Svidnicix,
extremumque calami, utramque tetigisse Leonis, Ro-
mæ jacentis, pupillam, & aurem, Tricipitemque sedis
Romanæ Coronam vix non movisse capite, Mona-
chumque pennam illam sumpsisse ex anseris Bohemici
ala. Propositionibus itaque nunc suis ex instituto A-
cademico ad Valvas Templi, Arci V Vittebergensium
contigui affixis, in arenam descendit contra indultum
illum Venalem Lutherus, pridie omnium sanctorum,
vel ipsis fortè non Kalendis novembribus, die inquam
conculcatarum (loquor cum ipso) indulgentiarum.
Thesibus autem quid eat defensum omne suis, id sigil-
latim, recensere, neque hujus jam est instituti, neque
loci, sed ex Tomo est Jenensi Latino, primis foliis, re-
petendum. Cardo autem vertebatur rei in eo, quod
Bullis istis Nundinalibus, & Usurpatoriæ, in animas,
Christi sanguine redemptas, Potestati Papali, contra-
dictum iret ex Verbo Divino strenuè, Dignitate tamen
hucusque Pontificis sanctâ per Omnia, sartaque tectâ
Ideoque, actum ne ageret, Inclutissimum Serenissimi
Nutritii nostri, Tritavi, Fratrem, Albertum Branden-
burgensem, Archi-Præsulem tum Moguntinum, &
Magdeburgicum Primatem [cujus ille pernoverat, lite-
ris, merces hæc commendari passim] Demissâ defati-
gavit in ipso limine epistolâ: Dignaretur, pro Metro-
politanae suæ sedis autoritate Clero interdicare ejus-
modi prædicatione, nundinationeque tempestivè, at-
que severè, quâ in perniciem plebs facillimè dari posset

præceps. Neque enim libellis hisce Venialibus cautum esse satis Celsissimo Suae Serenitatis Nomini, quod tamen ad Fabricam S. Petri ubique præ se ferant, Atque sic, haud esse quid reliqui, nisi ut Paternitati ejus Reverendissimæ, fiat supplex per Dnum. Jesum Christum, quò oculò Paternæ suæ Curæ missellam respiciat gregem, aliamque Institoribus istis Veniarum, quàm securitati carnali inservientem, imponat Clementer prædicandi methodum, atque modum. Ne forte perstringat quis, justò motus dolore, caninoque arrodant dente tales hos, non animarum Episcopos, sed Impostores, opprobrio certe Suae Celsitudinis, quam præ se ferre illos, constat; quod & nî succuratur maturè, eventurum omnino, suspicio sit. Hæc, inquit, studia mea, qualia-qualia, Clementia Episcopalis Vestra, accipere serenâ dignetur fronte, & mente; nata ut illa sunt animo, & devotò, & ingenuo, ejus, qui pars Tui est ovilis. Verum, Responsi nihil relatum est Moguntio, quin alias potius Cis Viadrum Francofurti cedere, Te celius, theses, Lutheri quidem è diametro oppositas; sed Francofurtani cujusdam Theologi, Vientinæ, vel, si, mavis, Vimpinæ, non sui (hominis scilicet ἀμοιβῆς) ingenii partum. Cernens autem Lutherus, legi suas præ illis, cum applausu, theses, Disputandi tenens gratiâ, quas emisisset in lucem; Exegesi earum paraturus anno, hunc qui excipiebat, Decimo, & octavo, enucleatiorem paulò, Ecclesiæ Brandenburgensis Episcopum, Hieronymum sedulò edocet de singulis, Staupitiumq; alloquitur Promotorem, ut & mittat, & interpretetur dextrè, apud Pontificem theses suas, defensas nunc prolixius. Quin immò epistoliò quòdam demissiore ipsemet ad Leonem, avaritiam Quæstorum spurcissimâ incu-

incusans, & mangonium, se excusat, arbitrio subscribens Pontificis: Crescere per tabernas, de Sacerdotum avaritia, & Clavium Petrinarum detractionibus, fabulas. Et se quidem sibi visum fuisse quasi exarsisse pro Christo Zelo, neque tamen, Leges ponere tanto in negotio, suarum esse virium, perspexisse. Authorem propterea se fuisse Magnatibus nonnullis, ut cordi sibi habeant Ecclesiarum Reformationem. At, at, centum licet boſum maſtatione hoc dignum inventum videretur, huic, vel illi, plurimorum tamen expositum fuit cachinno, & sarcasmis. Testis est Historicus, Albertus Crantzius, themata videns Lutheri, jam ad mortis constitutus limen, & in hæc prorumpens verba: O, vade, vade, Bone Frater (Lutherum indigitabat) in cellam tuam, & dic, Miserere mei Deus! Præponderabat enim toto Terrarum Orbe Pontificii Nominis terror, Excommunicationis brutum fulmen, & Censurarum, scrutinia, Conscientiarum vel torturæ, angustiarumque. Sed, sumptò tandem ex ipsa clade animo, venenòque in Pharmacum versò, Dogmata saltim se illa, ostendebat Lutherus, ad lydium, quod dicitur, examinasse lapidem, quæ à norma recederent, & forma Primævæ Ecclesiæ. Idque amicabili; & placidâ planè disquisitione, collatione, Doctioribus saltim, & solidiori jam assuetis cibo, non infantibus, quibus lac debetur, sed qui exercitatos haberent in Verbo revelato sensus, quorumque jam expertus esset lacertos, ad eam, suâ scheda invitatis. Et hoc se animò, ad pedes, sistere prostratum Beatissimi Patris quantum-quantum, ut vivificet in ipso ille, quicquid lubuerit, occidat, vocet, revocet! Vocem se Paternitatis ejus, ut Christi, in illa Præsidentis, loquentis, agnitorum vocem. Sic Ultra quod di-

F

xerim

xerim, modestè, sub aspiciis, causam suam egit Lutherus. Nascentibus autem unô, ex alio, temporis intervallo, Evangelii hostibus, minimis, medioxumis, maximis, majori indies usus est inscribendo, docendo, reformando, Zelô. Quippe, manu quasi palpante deprehendens, ut illa, dogmatum heterodoxorum, secus, ac opinabatur, nacta sint carcinomata, Deos Tutelares, suos Defensores, Ultiores, Vindices, & ipsum quoque, cum Purpurato Clero, Romanum Pontificem, in Reformationis progressus est opere, masculâ plusquam constantiâ, omni penitus Romanæ sedis exutâ, & obedientiâ, & metu. Taliter inter reliqua ad Spalatinum: Iacta est alea! Furor est Romanus, & favor omnis Romanus derisui datus. In gratiam cum eo redire nolo. Damnum me hercle! quod ævum hocce habebit, refarciri nolo. Exurant mea. Ego vicissim Jus eorum Pontificium. Ignem nisi habuero, damnabo publico loco lernam illam hæresium. Datum satis est hætenus obedientiæ! sit tandem modestiæ finis, & submissi-
 oni! qua inflari amplius nolo Evangelii hostes. Bullam Papæ rogo injectam combussit ergo, execratione additâ: Quia conturbasti, Tu, sanctum Domini, conturbet Te ignis æternus. Inter Veritati Dicam impingentes, Primi ad arma contra ipsum venire, Româ quidem, Sylvester Prieras Dominicanus, Palatiique Apostolici Magister; Joannes Eccius, Ingolstadiensium Theologus, è Primis; & Jacobus Hochstratus Jacobita. Operæ verò, ut addipossit opera, Connavigat non tantum, cum hoc Inferioris Germaniæ Athleta Dei fortissimo, Sed & antevertit eum Superioris quidam Germaniæ, Huldaricus Zvinglius, Natalia habens sua ipsis, Octuagesimi quarti, Anterioris Seculi, Anni kalendis Januarii
 duo-

23

(duobus vix tardius mensibus Luthero) in vico domus Silvestris, Toggenburgici, Helvetiæ, Comitatus, Patre- quidem, Huldarico, antiquæ prosapiæ, & in Toggio Amanno. Inter Probos autem adolescens, & doctos, & in luce quærens mundi, quod Schola nondum dederat, Basileâ bis, Bernâ, Tubingâ, Viennâ salutatis semel, audivit, jam quinto, Seculi decimi sexti, anno Basileæ, Virum Theologum, Thomam Vuitenbachium, Papisticas impugnâtem indulgentias, proque asserentem cathedra: morte duntaxat, & meritô, fideles, Christi, indulgentiam nancisci, & suorum peccatorum remissionem. Magisterii insignitus laurea, proximo cœpit Zvinglius, sexto, ejus Seculi, anno verba facere publicè ad populum, & Claronæ, ampliùs Decennium, apertius, ex limpidiſſimis Israëlſ fontibus Evangelio haustô, dogmatib9 renunciare Pontificiis, Lutherus antequam in lucem prodiisset, ullâ unquam sui per Germaniam. Nominis motâ mentione. Clarona usque dùm ad Regendam evocaretur Eremitarum Ecclesiam, tandemq; Summi Tigurinorum Templi præficeretur Parochiæ, Votis Collegii Unanimis, Præpositique Tigurenſis. Quò etiam concessit, Constitutus animarum Pastor, annô, exactô ferè decimo, ejus Seculi, septimô, liberiusque ibidem ac olim, Evangelium, professus, in abusus invehere Ecclesiæ Pestiferos, conscientiasque intolerabiles. Monitis respondebat ejus Abbas loci, Cunradusâ Rechenberg, Visitatoribus aliquando, missam ut celebraret in jungentibus, respondens: Si in hostia est Christus, indignus ego, qui intuear ipsum oculis; indignior, qui offeram Patri. Sin minus, væ mihi, qui panem do Populo adorandum, Dei loco. Lutherus, novus nunc Orthodoxiæ factus Præco, novusque

quasi alterius Mundi Incola, de salute in Passionis, quaerenda, & Mortis Christi merito unice, caeteris, quibuscunque, repudiatis, satisfactionis meritis, erudire populum. Sed omnium in se conversa habebat ora, & oculos. Edoctus de actis hisce ultro, citroque, & concertatis inter Dissidentes scriptis, Maximilianus Imperator, cogit, hujus quamvis sub specie belligerationis, tamen (ut loquar quod res est) Comitum, Turcarum causa, Leoni, de nascentis mali, [ut sermo ipsis est] remedio, parum cogitanti, auriculam allaborans vellere idem. Citat tandem Leo, Virum, Lutherum, in dicta poena, reddendae rationis causa, Romam. Erat autem, vice versa, in id Lutherus unum, ut Probos inter [causae suae fidens] Germaniae Arbitros, res decideretur Legibus. Obtinuit illud, ut Academiae precibus V Vittebergenfium, verbaque, pro eo, apud Pontificem, per Legatum, ejus Cubicularium, Militium, Equitem Misnicum, faciente Electore, Augustam, causam dicturus suam, evocaretur. Vocatus, se stetit Cardinali, Thomae Cajetano, pedes, sed literis stipatus Salvi Conductus. Palinodiam canere, Curionis Maximi nomine, jussus omnium, quae scripserat, dicto Cardinalis audiens esse nec voluit, nec quivit Lutherus, donec erroris alicujus convinceretur ex Codice ipso sacro, & Primitivae Ecclesiae Canonibus. Laterem ergo se lavare cernens, Augustam pedem extulit hic noster, a Papam male informato, ad Papam nunc provocans rectius informandum. Quod certe, ad Illiusque rumpenda, transversum egit Purpuratum huncce, ut Electorem hortaretur, in vectivam, Saxonem; Lutherum velit vel mittere Romam, vel finibus ejicere suis, notam ne inurat aliquam Genti, Domuique suae Electorali haereseos. At,

Electo

25
Electoꝝ ipsi: Fas sibi non esse, electum Dei Vas, & Ec-
clesiæ Salutare Organon, Reip. q; , non minùs è re sua
futurum, nullius Unquam convictum criminis, Con-
demnatum nullibi, tradere, non auditâ causâ, Persecu-
torum libidini. Quum præstò sit semper, mutua,
atque placida se sistere, reddendæ fidei suæ, & spei, quæ
in ipso est, rationis gratiâ, Collationi. Solenniori er-
gò Bullâ Decretali, Romæ quidem datâ, sed Lincii pri-
mitùs Austriæ, Id. Decembr. Anni proximi Octavi, &
Decimi, in apuricum deductâ, fulminat in ipsum, cum
modum, & finem ponere nescius, Cardinalis, sine ex-
cideret suo, desperabundus quasi, Papa, Cubiculariu-
um mittens Friderico Electoꝝ, cum aureæ dono rosæ,
postulatum, ut frænum vel injiciat Luthero, vel abdu-
cturo eum tradat Cubiculario Romam. Sed in cassum
omnia! demissè tamen verba faciente, per Grammatop-
horum ad Leonem, Lutherò: Tibi vero, vel Sacramen-
tò, Beatissime Pater, reciperem lubens, meritoque, &
Testem hanc darem dextram, & Obsidem, nolle me fer-
ram hanc Indulgentiarum recipere ulterius, si &
adversarii sese contineant, suis ampullis, intra termi-
nos. Erga Balatrones saltim ego eò progressus sum a-
nimi commotionis istos, sed componendarum discor-
diarum studiò, ne alienæ avaritiæ, & peccatorum, for-
dibus, Ecclesia pollueretur Mater, Romana, Populus-
que dedisceret, desvesieretque Christianus, majoris
facere Charitatem, quàm indulgentias. Maximilianò
intera numero mortalium exempto, & moderamina,
Viduati Imperii Vicariatus, suscipiente, Friderico,
mitior cœpit aura afflare Lutherum, modusque poni
visus est aliquantis per furoribus, fenestellaque aperi-
rier veritati. In palæstram ergò ivit Propugnator Lu-
therus

G

therus Lipsiæ cum Eccio Doctore, Trium Viratu stipatus, Carolstadii, Melanchthonis, & Serenissimi Pomeraniæ Ducis, Barnimi, Sceptro tum admoti Academico V Vittebergensium. Liberum arbitrium ventilatum est præviâ operâ, cum Carolstadio, Primatus autem Pontificis, hexamerianô spaciô, cum Luthero. Ubi venerando se, Pontificis capiti assurgere fassus est hic noster ultrò, & fastidire se Eridos hoc, de Hierarchia Papali, tractare amplius, pomum, sed induci se in id, Propositione, per Eccium Doctorem factâ. Non negare se Episcopo Romano Ordinis, præ Constantino-politano, Antiocheno, Alexandrino, & Hyerosolimitano, Patriarchis, Primatum, sed, nec Potestatis ipsi in reliquos, ex Verbo Revelato, & antiqvæ Ecclesiæ Constituto, concedere posse Principatum. Licere tamen per ipsum, si, vel factò, vel jure, eum habeat Papa, humanô. Abs re enim plane esse tot, jam in Sanctis, Coelorum Cives, olim Orientis Inhabitatores, credi, in Legem divinam, dum spirarent, injurios fuisse, non assurgentes sedi Romanæ, propterea que jam hæreticos agere in Damnatis. Victori, inter disputandum gratulabundus accinuit Georgius, Saxonix Dux: Sive sit Jure humanô, sive Divinô, Papa, ipse est Papa! Verum, neque sic decumani sese dabant eorum fluctus, quin potiùs Indulgentiarum Mangone, Tecelio, abeunte ad plures, Vicesimo ejus Seculi anno, Leò, de abusu eorum corrigendorum remedio nihil usque cogitans, minas opponere, & diras saltim, exulcerato malo, novis subinde Bullis. Bruto interea obviam iturus fulmini, Lutherus, Novellum Imperatorem, Carolum V. Maximiliani Nepotem, sed Philippi Hispaniarum Primi, reducem tum ex Hispania, Filium, salutatum ibat literis

(cau-

[causæ suæ internunciis] Coloniam, nisi me fallunt
omnia, Agrippinam; honestum satis id temporis de Lu-
thero ferente Testimonium, Erasmo Roterodamo, Co-
ronationiq; sese nunc accingente Aquisgranensi, Cæ-
sare. Sic tamèn, ut de combustis, ex Decreti formula,
lucubrationibus suis plane, & plenè edoctus, par refer-
ret pari, convocatisque Senatu, Populòque. Academi-
co, incendio Jus daret Cononicum, III. Decembr. Bul-
lamque eorum V Vittebergæ. Nuben ergo rupit, eru-
pitq; fulmen illud Leonis horrendū; Quod certè Marti-
num anathemate ferire cum suis, aqua interdicere, &
igni, exortem facere hominum Usu; sacra eorum cru-
cis vexillo, pulsatis campanis, accensis, deletisque ite-
rum, & conculcatis tandem cereis, profanari, summa
verti imis, cuncta dari rapinis, lanienæ, Religioni du-
xit, ingentibusq; in Deum meritis. Instabant id tempo-
ris V Vormatiæ Comitia, quibus Publ. datâ fide inter-
esse iussus, Cæsari morem gerit, & in Augusto Confes-
su causam dicit, & tutatur masculè; haud unquam se
dimoveri posse â Professa Veritate latum unguem ra-
tus, nisi pondus addant assertionibus suis ex ipsa Scrip-
tura sacra adversarii. Copia itaq; ipsi fit, recipiendi se
ad suos, sed pace tamèn hac, ut viginti, & unius dierum
intercapedine, iter emetiretur omne, ne succum for-
te sibi aliquem ab ipso attrahant, quos salutaturus sit
in reditu, neve opiniones profeminet apud incautos,
transiturus. Friburgo autem ipsum, Cæsari atq; Sta-
tibus rem exponentem per literas, excipiunt, Optumi
Saxonum Electoris, periculum aliquod subolfacien-
tis, Friderici, cura, & jussu, duo larvati, sed exploratæ
fidei Nobiles, in securitatem ipsum deducturi V Var-
renburgensem [Pathmum suum vocitare gestiebat] de-

nis mensibus clàm factum ejus incolá, ut ne magi quidam, à Pontificiis de loco consulti, hariolari potuerint. Quo sanè tempore ipsum, quis etiám tandem eum mundi haberet angulus, hæreticum proscribere apertum, Sole, & sale, & solo indignum. Accedebat, quod & præter Sorbonistas, abs Angliæ lacefferetur Serenissimo Rege, Henrico VIII. scripto admodum mordaci, Papæ sacro, & Novæ propterea Dignitatis, quæ erat Fidei Defensoris, Authore, sed incentivo etiám, ut Regii quasi immemor Fastigii Lutherus, Inunctum tractaret Domini asperius, & acerbius, suo responso, ac fas erat. Novum inde in Vernaculam transtulit Testamentum, & bilem interea sibi moveri passus, quod Andream Bodenstein, à Patria Carolstadium, inaudisset Templi imagunculis, idolisq; purgare, Pathmum suum inconsulto Electore, & moræ impatiens, reliquit, veniam petens tamen intempestivæ, sibi sumptæ licentiæ, apud Electorem. Nihilo enim V Vittebergenes segnius, causam agentes, vel ipso absente, Dei, è re esse arbitrati sunt Ecclesiæ, ut Missam faciant exulare è Templis privatam, imagines, confessionem auricularem, discrimina ciborum, Invocationem Sanctorum. Sed, momordit hoc ipsum Lutherum, quod, se inconsulto fierent Omnia, suæq; metuit exindè authoritati, non quod adeò mala, sed quod nova sint, neq; à se facta: Vitam verò commutante cum morte Leone X. Hadrianus ejus nominis VI. Ultrajectinus, Præceptor olim Caroli (cujus Honori inscriptum erat: Trajectum plantavit, Lovanium rigavit, Cæsar incrementum dedit! sed subscriptum ab alio: hic Deus nihil fecit!) admoveatur Pontificatui, Anno, Seculi ejus, Viceno, & Secundo. Qui, rebus nunc in Italia ad motus bellicos

ver-

29
vergentibus, Reformationi Curiaë Romanæ intentus
non nihil, miseram esse exclamavit Conditionem Pon-
tificum, quibus, ut maximè etiam velint, facultas recte
faciendi non adsit semper. Per Nuncium, Cherega-
tum, Fabrianensem Episcopum, fatetur, Statibus Ger-
maniaë, ingenuè: Natas has esse turbas omnes ex ho-
minum peccatis, maximè, Sacerdotum, atque Præsu-
lū, qui, in Sancta licet, ista sede, quotidie abominationi
fiūt Orbi magis, magisq; & à Capite nunc diffluere malū
ad membra. Quod & animadvertere Status, & libe-
rum propterea depoposcere Germaniaë Concilium,
ut quos fugere haud poterat Superinduta illa Curiaë
Romanæ pellicula Vulpina, dum non ad modulum
emetireretur res necessitatum Ecclesiaë, sed ad amuf-
sim saltim Utilitatum suarum. Gravamina Romam
mittebantur, ad hæc tria redacta Capita: quod diris
Roma premat Populi DEI conscientias servitutibus;
Germaniam exhauriat opibus; & brachium seculare si-
bi vindicet etiam in Principes unice. Interea Decretō
cautum volebant Imperii Ordines, ne libros edant Lu-
therani, verba facientes ad populum ubivis terrarum,
sed certis suis in locis Evangelium prædicent purè, sin-
cerè, Doctrinam juxtà Ecclesiaë probatam, Controver-
siis relictis in suspenso, & Concilio servatis Generali-
ori. Decretum interpretabatur quilibet suo sen-
su, Lutherus quidem, reverenter se habuisse istam do-
ctrinam, eamq; proposuisse Ecclesiaë suæ V Vittebergi-
cæ semper cum tripudio, nullus diffiteri volebat, Ut
qui abs Ecclesia recepta Dogmata non intelligat Tho-
mæ alicujus, aut Scoti, sed Cypriani, Hilarii, Ambro-
sii, sed Augustini, & aliorum probæ farinaë scripta. Ha-
driano subrogatur, Vitâ defuncto, Julius Medices, Cle-

H

mens

mens aliàs VIII, quarto supra vicesimum, anno. Cleri, Hic, per Germaniam Reformationem polliceri, sed, de extirpandis Curiaë Romanæ pravis consuetudinibus, excidenda Mali ipsius peccantis Gangræna, totum permeante Ecclesiæ corpus, altum premere in aula Pontificis silentium. Dies dicitur Convocationi Spirensi ad IV. Id. nov. ut Decretis superioribus robur addatur denuo, & vires contra Professos Evangelium fumantur, libellique exterminentur, opprobrio nati Curiaë Romanæ. Quo etiã fata sic volebant tempore, anni proximi vicesimi, & quinti, ut ad Vota abiens Connubialia cum Nobili Catharina Aborai, vel de Bore, Vestali antea Virgine, Lutherus, cœlibatum commutaret cum matrimonio. Æquum id visum nonnullis, Philippo autem præceps facinus, non quod vocationi reclamaret divinæ, sed male feriatorum metuenti dentes caninos. Invehitur tã in Rusticos Münsterianos seditiosos, Ecclesiæq; formulam præscribit Ordinandi Ministros, Communionis habendæ, Textuum Dominicalium lectionis, Libros edit Mosaicos Germanice, ut & alios Biblicos, Scholas erigit, Pastores fideles instituit, Visitationibus auctoritatem addit, primosq; Renascentis Evangelii binos Bruxellis, Martyres, Henricum, & Joannem, Augustinianos Monachos, cantico celebravit emortuali. Actum inter alia Spiræ, quâ ratione redigendi in ordinem Novatores? Ecclesiæ seruetur facta, tecta, forma antiqua? & Decretum Vormatiense executioni dandum? Itum erat in Utramque partem, & vix non illud sententiarum divortium Belli Civilis, sparsisset semina. Abrumpentibus autem spinosarum disputationum telam, atq; filium, Joanne Saxone, Electorali nunc gaudente dignitate,

31
tate, & Philippo Hassiæ Landgravio, Ferdinandus, Ger-
manus Imperatoris, mala inde propullulantia ma-
turè, tanquam è specula, prospiciens, si exulceratis adeò
animis solvissent Conventum, jam de demulcendis, &
redigendis iterùm in gratiam animis, sollicitus, con-
stituit, adeundum esse Cæsarem, ut turbulentum di-
gnetur Imperii respicere statum, & Orbis Christiani bo-
no, genuinum cogat brevi Germaniæ Concilium ex
Hispania redux. Usq; eò autem Status, & Imperii sub-
ditos, in officio sese ut contineant, virtute teneri Edi-
cti V Vormatiensis. Evangelicis quidem hæc Comitia
Principibus, dedere Fœderis, auxiliq;, quibuscunq;, ,
Religionis causa in discrimen venturis, ferendi, initia,
scribentibus etiam militem, haud gregarium Saxonix
Electore, Joanne, & Hassiæ Landgravio, Philippo. Quæ
quidem nunc accensæ Evangelii Faces, cum Civitati-
bus Lutheri Doctrinam sequutis, Decreto restiterunt
ad Vnū omnes, Spirensi Cæsaris iterato, quò erat cau-
tum, ne ulterius quis ex, Papatu ad Evangelii transeat
partes, neve abrogetur Missa, neulibrorū concedantur
Editiones, Publ. abs Evangelicis injectâ Protestatione
Anni M. D. XXIX. adeò, ut Status illi, nomine insigni-
antur ex eo, ad huc dùm Evangelicis Clarò, Protestan-
tium, quotquot, tenebrarum Papalium abominatio-
nes sese reliquisse hæctenus sunt Professi. Factum er-
go est, ut Carolò Imperatore Hispaniam cum Germania
commutante, & Bononiæ cum Clemente VII. de Pro-
testantibus exterminandis, eradicandis, consultante,
illoq; Concilium urgente, sed formidante hòc, decli-
nante Papâ quantum pote, indictum sit tandèm Con-
cilium Augustæ Vindelicorum, ex Statibus, Principi-
bus, & Civitatibus Imperii coactum die XV. Junii, Tri-
gesimi-

gesimi, supra quingentesimum, & Millesimum, annum,
 Quò certè Concilio Confessionem suam ex XVII. Lu-
 theri Articulis, à Philippo Melanchthone coagmen-
 tatam, & ab Urbe, Augustanam, dictam Confessionem,
 exhibuere postea XXV. Junii, in Publ Cæsaris & Impe-
 rii Statuum frequenti Panegyri, atque Confessu, Pro-
 testantes. Prælecta ea est ex Germanico Exemplari
 sonorâ voce per Saxonum Electoris Cancellarium, Chri-
 stianum Beierum, Cæsarique demissè est oblata. Robur
 Confessionis dederunt manu suâ apte Joannes Saxoniae
 Septem Vir, Marchio Brandenburgicus Georgius,
 Ernestus Luneburgensium Dux, Philippus Hassiæ Land-
 gravius, Joannes Friedericus Saxoniae, Franciscus Lune-
 burg. V Volfgangus Anhaltinus, Principes, Civitates,
 Noriberg. & Reutlingensis. Exemplò, ab Eccio illa, Co-
 chlæo, Fabro, aliisq; Pontificiorû Mystagogis Theolo-
 gis, ad *βίσηνον* Thomisticû, Scotisticum revocata, Confu-
 tatione quali-quali arrosa quidè est, sed defensa de-
 nuò Apologiâ aliqua, ex auditu saltim quorundam
 in Consultatione contentorum, quia Copia scripti i-
 psis fieri nequiebat Protestantibus, concinnatâ. Ex quo
 autè prodiit ea V Vittebergæ in Publicum primitus,
 visa est laborare suâ non æquidem veritate, sed verbo-
 rum saltem nonnullorum expressiore, illustratioreque
 aliquâ formâ, quam, Theologorum, & Statuum ex con-
 silio ei dedit, Vivente, & calculum adjiciente, Luthe-
 ro, Malanchthon, Anno quadragesimo, & secundo,
 eam Corpori incorporaturus, Doctrinæ. Hæc enim
 Brentius, Comitiorum aliquando Augustinianorum
 Oculatus Testis, Lutheriq; Propugnator acerrimus, ad
 Vitum suum: scio Malanchthonem citra judicium
 nihil mutare temerè. Dum ergo mutationis mecum
 scriu-

33
Scrutor causas, & singula remetior, mirum, quanto e-
go à lectione recedam cum fructu? quod idem & nar-
rabundus fatetur ingenuè Selneccerus: Mutatum
nihil adeò esse recordamur vel in minimo, quod res
spectat, & sententiam Doctrinæ Capitum. Illustrata au-
tem quædam, & interdum esse explicata copiosè ma-
gis, haud diffitemur, idq; factum non consiliò privatò,
sed publicò Doctorum nomine. Cætera, & hæc ha-
bet Commentarius ejus in Genesin: Abeant ingrati-
cuculi, Lutheri, & Philippi Mastiges, isti homines, Au-
gustanæ objicientes Confessionis, Locorumq; non de-
pravationem [hanc enim, vel si rumpantur Ilia Codro,
objicere nequeunt,] sed recognitionem, sed illustratio-
nem, sed uberiores rerum multarum enodationē &c.
Quid, quod in Catalogo Conciliorum, recensitam esse
asserit Confessionem Augustanam Posteriores, rele-
gente, & approbante Luthero, rerumq; eandem esse
sententiam, nonnulla licet, propter adversarios, alicu-
bi posterioris editionis, sint apposita explicata magis,
& mitigata magis. Id quod & eunt demonstratum
Collocutores Alteburgenses in Actis suis, pagellis,
quadringentesima tertia, & quadringentesima, tricesi-
ma quinta; Guilielmus, Hassiæ Landgravius ad Augu-
stum, Saxonum Electorem, Anno Seculi, septimo, &
septuagesimo; Joannes Camerarius in Vita Melanch-
thonis; Chemnitius, judicio, de Controversiis V Vit-
tebergæ, Nonagesimo, & quarto, anno, per Policarpū
Lyserum edito, & innumerosa, pientissimorū Lutheri
Aseclaram Testimonia, volumen factura ingens,
Quorum sit omnium instar ista Naumburgi, primo su-
pra sexagesimum Seculi, anno, Statuum Imperatori Fer-
dinando, oblata denuò Confessio, Trium roborata E-
lecto-

lectorum, Principumve quatuordecim, nonnullorumque S. R. Imp. Comitum, vel suarum ipsarum, vel Delegatorum, signata manuum subscriptionibus. Re autem Evangelii, Germaniæ circumscriptâ Cancellis, per manus, quod voluit, In Uncti sui, Jesu Christi, in hunc diem, & horam servatâ, bene gestâque, alter, ut dictum est, in Helvetia Evangelii Præco, Zvinglius, nec à visu, nec à fama Luthero notus, Reformationisque alterius penitus ignarus, eodem docuit cum Luthero, & citiori, ante Lutherum, temporis articulô, idola profligans è templis, Deum Maozim, rectius Numen Paniceum, in hostia impugnans; exorcismum ex Baptismate aufereus Diabolicum, reliquaque, sub adiaphororum tegumento, ex Ecclesia exulare faciens Dei, superstitiosa, Colloquio instituto Tiguri, & liberâ singulis factâ votorum potestate, stringentibus evicit contra Constantiensem Episcopum, aliosque Synagogæ Romanæ Doctores Primores, argumentis: Vnicam esse, S. Scripturam, salutis nostræ normam, atque regulam; juxtaquam, tanquam ad *Βασανον*, unice sint examinanda, dijudicanda, ponderanda controversiarum pondera, immò instituenda, formandaque cuncta, cum credenda, tum facienda. Quæ, cum nemini, ex tanta Doctorum segete, confutare datum erat, commotus Amplissimus Tigurorum Senatus, Publ. sancire Decreto: ne cuiquam allubescat deinceps in Ecclesiis ipsorum aliud, præter Literas docere Sacras Vtriusque Testamenti. Orta vero inter plebem pariter, ac doctos, de Templorum imaginibus, & Aris Missaticis, controversia, & res, in Colloquio, Tiguri secundum coacto, ventilari cœpta, magno nisu, cum Episcopo Constantiensi, Curiensi, Basileensi, sexcentenisque circiter Ecclesiastici Ordinis homi-

35
hominibus, neque tamen, vel uno jota *Thesin* suam
probavere ex *Sacris Literis* Clerici, sic, ut plebe de nul-
litate *Doctrinæ* eorum edoctâ plenius, abolitæ sint
absque ullo strepitu ex *Urbis*, & *Agri Tigurini* Tem-
plis, & *Missa*, & *Imagines*, locoque introductæ earum
Conciones quotidianæ sacræ, & *Dominica Cœna* ad
Institutum ipsum *Domini* revocata, & *Collegium* in-
super *summi Templi* in *Scholam* conversa, quæ centū
alat *alumnos* liberaliori stipendio. *Bibliorum* sacro-
rum *Textus* *Hebræus* à *Conrado Pellicano*, & *Græcus*
Novi Testamenti, ut & *LXX. Interpretum* à *Zvinglio*
explicarier. Sed hanc *Tigurensem* aliâ excepisset, *Ba-*
denis Disputatio, nisi *insidiæ* ipsi structæ fuissent à *Cle-*
ro Pontificio. *Bernense* attamen, *vicesimo*, & *octa-*
vo, *seculi decimi sexti*, anno, haud negligere voluit, aut
debut *Colloquium*, sed *ducenis* stipatus *armatorum*,
& *fide datâ* *publ.* sese stitit, *veritatemque* propugnavit
contra *Pontificios*, ut *masculè*, ita *constanter*. Sic, ut
gaudium suum inde *natum* *prodentes* *spirituale*, *Ber-*
nenes, *invinculis* quot quot haberent, *libertati* redde-
rent *suæ*, *nomenq;* *magni* facerent *ejus*, qui *iplos* ex *Ba-*
bele nunc *eduxerit*, *forti manu*, *spirituali*. Ad *Collo-*
quium ubi *evocaretur*, vel *collationem* potius *placidè*
cum *Luthero Marpurgi* habendam, à *Philippo Landgra-*
vio, fuit *statim* in *propatulo*, ut *convenirent* *ambo* per
omnia, *unicò* excepto *illò*, de *Cœnæ Sacramento*, *do-*
gmate? De quo tamen, *Virorum Utriusq;*, *dissensu*,
ita *cautum* est in *Conventu*, ut *pars Utraq;*, *dextrâ* *fra-*
ternitatis datâ, *mutuâ*, atq; *Christianam* *Invicem* *exer-*
ceat *semper* *charitatem*, ne *mutuæ* *istud* *charitatis* *vin-*
culum, *nobis*, *abs Amicissimo* *Servatore*, *in sui* *comme-*
morationem *relictum*, *cedat* *aliquando*, *per propriæ*,
I 2 alicu-

alicujus, vel gloriæ, vel sapientiæ pruritum, in mutui,
 & anathematizantis quidem odii, inter Christianos,
 suscitabulum; animarum, per Christi sanguinem re-
 demptarum, divortium, & Catholicæ Ecclesiæ intesti-
 num bellum. Quod nihilo tamen minùs, proh do-
 lor! dolò malò Sathanæ, evenisse, (ut est in aprico) nun-
 quam possunt dedolere satis, qui communis tangun-
 tur miseræ sensu, & ægritudine afficiuntur non unâ,
 propter confractionem Josephi. Belli Capellani, Ti-
 guriensibus à V. Cantonibus Pontificiis, illati, tempo-
 re, præfuit, more Helvetis receptò, & Populo Dei V.
 Testamenti, Imperatoribusq; Christianis Primis, non
 insuetò, Zvinglius Castrorum Sacris, sed, quingenos
 illos inter Helvetos, in prælio fusos, occubuit & Zvin-
 glius in Domino pie, placideq;, anno, Seculi, tricesimo,
 & primo, cadavere ab hostibus tradito flammis, corde
 tamen illæso, quod exuri non potuit. Augustanò ve-
 rò decernente, (sed sine excidente suo) Concilio: esse
 omnia abs Evangelicis restituenda (nisi vim majorem
 experiri mallent) pristinæ restituenda formæ, vim de-
 precantur, atq; re, discedunt Protestantes, infectâ. Bel-
 lum itaq; minitantibus cunctis, Liber Lutheri: **War-
 nung an seine Liebe Deutsche** / Publici sit Juris, ne mo-
 rem gerant Edicto tam impio. Calculum adjecere sen-
 tentiæ Lutheri, pugnaturi potius contra Sacerdotum.
 libidines, idololatriamq; Pontificiam, quam liberta-
 tatis facturi naufragium Conscientiarum, Joannes, Sa-
 xoniæ Elector, cum Filio, Joanne Friderico, Georgius,
 Marchio Brandenburgensis, Ernestus, atq; Franciscus,
 Lüneburgensium Duces, Philippus, Hassiæ Landgra-
 vius, V Volfgangus Anhaltinus, cum Senatu, & No-
 rimbergensi, & Reutlingensi. Formula concipitur
 Fœde

37

Fœderis Schmalcaldici Conventus, à Stâtibus nonnul-
lis Protestantium, in medium lati. Sed Rustica Illa tur-
ba, per Franconiam, Alsatiam, Misniam, & quas non
Germaniæ Provincias, Thomâ Müntzerô choreas du-
cente, longè lateq; tumultu suô diffusa, & scriptô Luthe-
ri, & Principum armis, stylô adeoq; , & pilo, pinnis, &
pennis, telô, & prælô, est in ordinem redacta, non
paucis cadentibus rusticorum. Id quod & contigit A-
nabaptistarum gregi, sub Joannè Leydenfi, suo Capite.
Nemini equidem Christianorum, vel leviter tantùm
Sacris imbuto literis, esse potest obscurum, ut, lux illa
Evangelii olim hominum transverberaverit mentes,
& fulgure citiùs, aerem illuminante, percutienteque,
Orbem impleverit, (quod ait Jrenæus] terrarum, suis
radiis? Et, quotusquisq; nostrum non meminerit pari-
ter, ut Lux illa Evangelii, secundùm accensa, non ad-
modum diù morata sit hoc Universum? quàm potiùs
hominum denuò conquassata corda, à merito proprio,
ad meritum, & *λύτρον* nobis in morte pro meritù, Christi,
revocaverit, tractura in amplexum sui, Regnorumque
Inundatura brevi, gentes, & Populos. Primam certe,
& immortalem inter Principes merentur hoc nomine
laudem Tres illi, gloriosissimæ memoriæ, Saxonum Ele-
ctores, Fridericus Sapiens, Joannes Candidus, Joannes-
que Fridericus Constans. Quorum statim presserunt
vestigia Ludovicus Palatinus Bipontinus, Marchio Ge-
orgius Brandenburgensis, Albertus, Primus Borussor-
um Dux, Ernestus Brunovicensium, Franciscus Lü-
neburgensium, Philippus Hassorum, Joannes, &
V Volfgangus Anhaltinorum, Fridericus Silesiorum,
gubernacula tenentes. Sonus exiit ergo quaquavor-
sum, in longum, & latum, fenestras aperientibus, por-
tasq;

K

tasq;

tasq; Domino Jesu in terris suis, Joanne, Cliviæ, cum Successore, Gvilielmô, Huldaricô, & Georgio fratre, VVürtembergensium Ducibus, Comitibusq; Montispeliensium, Joachimo Secundo, Brennonum Electore, Barnimo, Philippoq; ambobus Pomeraniæ, Joanne Primô, & Henricô, Saxonum Principibus, Coloniense Archi-Episcopo, Hermannô, Carolo, Badense Marchione, Julio, Brunsvicensi Duce, Curlandiæ tum Duce, Gotthardo, Gvilielmo, Arausionensi Principe, & Belgii Locum Tenente Felicissimo. Electoratu ad Rhenum Palatino initia dedit Reformationis Fridericus Secundus Elector; Otto Henricus eam fovit; Fridericus Tertius radices agere jussit, Ludovico, Pacifico, Electore, haud malè cupiente Evangelio, exercitiumq; relinquente cum Fratre, Friderico, liberum, octo Civitatibus, Superioris Palatinatus, Circularibus. Res, est inter alia, memoratu digna, Pientissimum Imperii Principem, Georgium Anhaltinum, in oculis ita habuisse Evangelicam Doctrinam, ut Iplus verba de Suggesto faceret ad Subditos publicè, Electoremq; Saxoniam, Augustum, initiaret, ad Vota connubialia pergentem, sacro & ritu, & Gamico sermone, In hæc prorumpente, Daniæ Reginâ, verba: Majore se Filiam interris dignatam honore haud unquam cernere potuisse. Horum inter, qui Sceptris admoti, Regnorum habebant moderamina, plantavit Evangelium in Anglia Henricus, gloriosæ memoriæ octavus; rigavit Filius, Edoardus, felicissimæ recordationis, Sextus. Quippe, exutus est dignitate, VVolsæus Cardinalis, & vitâ, tricesimo, & primo; Sacramento fidem dedit Regi Ecclesiasticus Ordo, tricesimo, & Secundo; decollata est Papæ authoritas, tricesimo, & quarto; & Biblia exposita sunt
omni-

omnium Britonum lectioni, tricesimo, & octavo, Se-
seculi anno. In Gallia fuit Exulum Christianorum Alma
Nutrix, Navarræ Regina, Margareta valesia, Francisci,
Gallorum Regis, Soror. Quid, quod in Italiam tulerit
superstitiosam, Evangelii Lucem, Renata, Ludovici Fi-
lia, sed Ferrariensi Duci, Herculi, nupta, tandemq;, ad
Gallos redux, orbaq; marito, auxiliarem tulerit, præ-
plurimis, manum suam clementissimam, lanienæ præ-
primis tempore, Tossanum recipiens contubernio
exulem, D.LXXII. anno. Primus concessit, in scotia, Ha-
miltonius, Pro-Rex, Bilia versare, anno tertio, & qua-
dragesimo, manu, precesq; libero fundere Spiritu, Lai-
co, idq; Lege Ordinum sancita Publicâ, et hâc quidem
addita cautela; nemini, Religionis, impingendam esse
causâ, dicam. In Dania, Fridericus, Rex, felici signatur
νεστηριω, qui Papicolarum relicto fermento, primus est
professus Evangelium, biennio jam citiùs Augustanâ
Confessione. Cujus mox legebat exemplum Gustavus
ab Erxen, Sveciæ Rex. Vires autem sumente nullibi
non Evangelio, Pax relucere cœpit Ecclesiæ Imperii, &
benignior, transactâ nunc Passavi, re, de non crean-
da Protestantibus molestia ulteriore, affulgere aura,
anno secundo â quinquagesimo, Custodiisq; imprimis
nunc saxonix Electore, & Hassiæ Landgravio, feliciter
liberatis, Cæsareq; fugâ, ad Oenipontem, Pacis ample-
ctente conditiones. Dignum utiq; erat illo, qui Magni-
ficus audit in operibus, est mirificus est in consilis, quod
Gentium Imperatoribus, Evangelio licet recalcitranti-
bus, ex imis usq;, evenerit tamen id, Supremô sic provi-
dente oculo, ut, ad audiendas, tracti sint, obtorto ve-
luti collo, Christianorum Apologias, hodiè tenùs Ec-
clesiæ Patribus, Justino Martyri, Athenagoræ, Tertu-
lianoq;

lianoq; commendatissimas. Et neq; dedecet eundem
 quod nec Reges neq; Imperatores fugere potuerit Superi-
 oris Seculi, (fremat etiam orbis, & orcus) quid veritas
 sit nostra Evangelica? Recitatam audivit, atq; lectita-
 tam Confessionem Augustanā, Carolus ipse V, in Con-
 fessu ipsissimo Augustæ Vindelicorum. Tradita est
 Ferdinandi Regis sacratis manibus legenda Confessio
 Bohemiæ Fratrum, & audita est publicè tricesimo &
 quinto anno. Audivit & Gallorum Franciscus Primus,
 ut Confessionem suam iverint defensam intrepidè Me-
 rindioli, Protestantes, enucleatissimam? ac pariter The-
 odorus Beza, Possiaceno postmodum Colloquio, Fi-
 dei Evangelicæ articulos corā Regiis auribus, totiusq; fe-
 rè Gallix, ita deduxerit dilucidè, & Spiritu ingenti? sic ut
 Lotharingiæ tandem Cardinalis: In votis jam habere
 se, ut vel Beza mutus, vel ipsi extarent surdi. Nec mi-
 nus est in propatulo, quā fiduciam suā reposuerit mo-
 ribundi libenter in eo, Terni illi ex asse Imperii hæredes
 Carolus Quintus, Ferdinandus, & Maximilianus Fili-
 us, quod nimirum solaminis protulere ex Vitæ libro,
 de morte Christi, in nostram itura unicè, Vitam, salu-
 temq; Lutherus, & cum eo facientes. Et author est Aug.
 Thuanus, ut Ferdinandus, Optimi Principis, & Impe-
 rii hæredis Consilio *Usus*, de conciliandis amicè *Au-*
gustanæ Confessionis Articulis, cum *Dogmatibus Pon-*
tificiis, iniverit rationem? *Ut*, inquam, Ferdinandus,
 & post eum Maximilianus Filius, operâ utentes Colo-
 niensis, Trevirensis, Episcoporum, lacefferint, infra
 se ipsos quasi progressi, indefessè Georgium Cassan-
 drum? Virum, Cui, ne major in Ecclesia fiat dilace-
 ratio, cordi erat confractio Josephi, Cuiq; candor, om-
 nem animi svadens moderationem, vitæ suæ institu-
 tum

ponsil

tum

rum ita formaverat, ut exactissimâ suâ rerum Divina-
rum scientiâ, vel immori studeret Controversiis conci-
liandis, sedandisq; in partes euntium, animis. Ex-
stant in publico, Literæ ad Cassandrum datæ, Cæsareæ
Clementiæ, ultra quod dixerim, testes perpetuæ, atq;
obsides. Quibus fatentur equidem Imperatores, suc-
cessivè, Duum Viri, disertis admodum verbis: Manife-
stos illos, qui novissimis istis, calamitosissimisq; tem-
poribus, in Ecclesiam irrepsere Catholicam, abu-
sus, ceu læsæ Unitatis, & Concordiæ, perniciosissima-
rumq; dissidentiarum, & simultatum fomenta, atque
semina, expurgandos esse, tollendosq; è medio. Si E-
questrem respiciamus Ordinem, palmam ferent inter
Assertores Veritatis Fortissimos, Nobilis, Franciscus
de Sickingen, Huldaricus de Hutten, cum Sylvestro de
Schavvenburg, Qui ungues sentientes maxumè Papæ,
causâ faciebant Lutheritum suam, haud levi periculo,
ita, ut Schavvenburgius, eundem, sacris omnibus pro-
scriptum, & cui igni, & aqua interdictum erat, vixque
non profugum ad Bohemiæ Fratres, ad Seire jussit,
sub custodia centum equitum Franconum semper tu-
tum, atq; servatum. Quos inter etiam recensebuntur
Dynastiæ Steinacherorum, Gemmingerorum, Ment-
zingerorum, Helmstetterorum, quorum singularum
in Diœcesibus, jam à vicesimo indè Seculi istius anno,
fluxerat sincerum Evangelii Lac. Ex Civitatibus Prin-
cipes forent facilè, Argentina, Brema, Noricum, V Vor-
matia, Erphordia, Goslaria, & Frisorum Embda, Evan-
gelium amplectentes vel in ipsis incunabulis, prementi-
bus earum vestigia Magdeburgô, Hamburgô, Lubecâ,
Brunsvicô, Vismariâ, Rostochiô, reliquisq;, paucis ex-
ceptis, Liberis Imperii Civitatibus, Livoniæq; Rigâ,
L Der-

Derpetô , Revaliâ , Helvetiæ Basileâ , Tigurum Schaf-
 husiô , Bernâ , de quibus , [speciâtim , Bernensibus] in
 hunc ferè modum V Volfgang9 Capito: Evangelio sub-
 scribentes libenter , lætiq; , carceres aperuerunt omnes,
 & libenter donârūt , criminis quotquot reos ; Proscrip-
 tos finibus revocârunt ; Salvi Conduct9 literis stiparūt ,
 tam congruô in eos utentes Simili: Se , Regi alicui novo,
 Advenæ , portas aperturos absq; dubio , & honori ipsius,
 vinculis liberaturos suos incarceratos . Et quid ni , Ho-
 noribus Novi Adventantis , Regis Honorū , æternam se-
 cum ferentis Redemptionem , Jesu Christi , assurgerent
 libentes , lætiq; , & novi sui participes redderent gaudii,
 suos ? Haud absimili ergo ratione , quâ excitavit olim,
 post Apostolos , Sator , & Stator , Salutis humanæ , Vi-
 ros , Unum ex alio Fortissimos , Zelotes igneos , Præ-
 cones die , noctuq; clamantes , & Vigiles Dei servos ,
 Ignatium , Polycarpum , Justinum Martyrem , reli-
 quosq; innumeros , cœptam abs Apostolis Reformati-
 onem , consummaturos , producturos ulterius , etiam
 hœc , proximô â nobis ævô , alios , atq; alios , à Lutherô ,
 Melanchthonem , Zvinglium , Oecolampadium , exci-
 tavit Fidei Propugnatores , qui , Babylonis istius , de die
 in diem detegentes abominationes , veritatiq; pondus
 addentes , lucem accenderunt ex luce , & adeò nobis
 reddiderunt DEI Oracula trita , ac obvia , ut & liberis
 nostris , & (quod fertur proverbio , si par est , sacra mis-
 cere prophanis) lippis , & tonsoribus jam sient nota .
 In Germania signô jam dato , dieq; quasi dicto pugnæ ,
 classicum cantabat , nullibi non , Lutherus . Eccio tùm ,
 Victor , dicebat , de Primatu Disputanti Papæ ad nau-
 seam usq; : Jure sive sit Papa humano , seu Divino , ipse
 est Papatamen ! Pontificium Jus , & Diploma , cineri-
 bus

43
bus dedit publicè VVittebergæ, istud addens Samso-
nis: Quod fecerunt mihi, feci ego ipsis. Exurant, si
ipsis robur aliquod, & æs triplex est circa pectus, Exu-
rant Lutherum. Præstò sum, & præstolor ipsos. Cine-
ribus meis post mortem, etiam in mille maria projectis,
persequar, profligabo, atq; fatigabo hoc abominabile
vulgus. Verbo, Vivens, Tibi, Papa, hostis ero, mori-
ens bis hostis; Vivens Tibi mors, moriens Tibi Pectus.
Facite, quod pote estis, Thomistæ porci; Lutherum
habebitis Ursam in via, & Leenam in semita. Occur-
ret ille vobis Undiquaq; nec pacem habere vos sinet,
donec contriverit cervices vestras ferreas, & frontes
æneas, vel in Salutem, vel perditionem. Evocato VVor-
matiam, respondit amicis, iter dissuasuris: Iturum
se, sciret etiam si, tot expectare se Oppositos Diabulos,
quot in omnibus sunt Urbis tectis, tegulæ. Nequaquam
se pusillanimitatis alicujus conscius id loci meminisse,
professus est idemtidem, ut potius Doctrinam, ha-
tenus ventilatam, & cum vitæ dispendio servatam,
prænovisset, Dei ipsius Præconium, omnibus numeris
certam, & absolutam, ut etiam, ipsorum Angelorum
judicio submittere eam, penderet secum animi, quos
scilicet ipsos, per Doctrinam hanc sit aliquando, cum E-
lectis, judicaturus. De Philippo Melanchthone, ani-
mula Lutheri (Cui in acceptis ferimus Confessionem,
Principibus, Augustæ Vindelicorum, coactis, exhibi-
tam, eandemq; revisam quadragesimo, & secundo, Se-
culi, anno) dicere est solitus: Orbem hodieq; haud fer-
re Ullum, inter mortales, Græcè, magis Doctum, & li-
teris versatorem magis Sacris, Philippo. Andream
Carolstadium, sententiæ suæ: Tantum esse Christum
in pane Eucharistico, quantus in Cruce pedendit! mi-
nimè

nimè subscribentem, provocavit in arenam, aureo dato nummo. In Syncretismum tamen, circa Orale, & Sacramentalem manducationem, vota tulit, ejusmodi, Marpurgi, facto conclusit: quæquam, an verum Corpus, & sanguis Christi sit, corporaliter in pane, & vino, hac vice conventum non sit, pars tamen quælibet alteri, mutuam, & Christianam exercebit Dilectionem, assiduis Deum defatigatura precibus, ut in verò nos dignetur, per Spiritum suum confirmare sensu. Confessionem quoq; adversus Helvetios emisit brevem, sed facti, ante iter Islebianum, sibi lethale, pœnitentiâ ductus, sponte suâpte in hæc apud Consistoriales, se explicuit verba: Fateor, mi Philippe, nimium factum esse, & cretam nos transgressos, in negotio de Sacramento. Cui Philippus: Consulatur ergo, mi Domine Doctor, Ecclesiæ, & mitiùs proloquamur, scripto aliquo disertò, animi nostri Sensu. Ad quæ Lutherus: Jam cogitavi, mi Philippe, de hisce omnibus, sed, redderem sic totâ doctrinam suspectam. Optimo ergo ego rem omnem committam Deo. Et vos quoq; factitate aliquid, filûq; protrahite, quod ego cœpi, post fata mea. At, at, quantam scintillulæ hæc dederint, flamman, hodieq; domum Dei depascentem, id neminem latere potest Christianorum. Philippus equidem Melachthon, alias Svartzerd, Communis ille Germaniæ Præceptor, non sine boni Viri Elogio nominandus, Brettæq; Inferioris Palatinatus, in lucem editus, paternarum teste ædium Inscriptione (Dei Pietate natus est in hac domo Doctissimus Dominus Philippus Melanchton,) die XVI. Febr. cl. CCCC. XCVII.) Duodecimo ætatis anno Baccalaurei insignitus Lauro Heidelbergæ, & Magisterio, decimo quarto, ob defectum annorum,

an-

54
anno, suspenso, Tubingâ est postmodum evocatus, ex
consilio Capnionis [Reuchlin] sibi cognatione juncti,
V Vittebergam, anno, Seculi, XVIII. Græcam autem
Lingvam ingenti cum fructu, concursuque, ut maxi-
me, Theologorum, Docenti V Vittebergæ, testimoni-
um perhibuit ad Spalarinum, Lutherus, in signe: Audi-
torium, Auditoribus habet refertum, & Theologos
facit quoque summos, Græcitatibus Studiosos. Literæ,
& Linguæ, & Artes, alterum, ipsum, ceu Parentem, per
Germaniam præcipuè, suscipere, cœperunt. Et hoc
tandem præditus apparatu, qui non, ille, facile versatis-
simus existere in Omni quivis Theologia, & Codice,
sic semper in sinu, & gremio, abs ipso presso, Sacro, ut
prophanum esse aliquem, abs ipso deperiri solitum, li-
brum, arbitrarentur vulgò. Tantum ipsi tribuebat Ju-
dicii Lutherus, ut vix facile magni quid fuerit aggres-
sus, non consulto Philippo suo. Verba sunt ipsiusmet
Lutheri: Nihil, in omni Professione, ducam antiqui-
us, calculò Philippi, cujus stant mihi Unius, Judicium,
& authoritas, pro millibus multis Sordidorum Eccio-
rum. Neq; me pudet, & si artium Magistrum, & Phi-
losophiâ, & Theologia, omnibusq; penè Eccii Titulis,
clarum, sensu meo, hujus si mihi Grammatistæ dissen-
serit ingenium, libenter cedere. Quod & egi frequen-
ter, & factito cottidiè, ob divinum istud, in fictile hoc-
ce vasculum (Eccio quidem contemptibile) largâ be-
nedictione à Deo infusum donum. Providens, dubio
procul! heic illuxit Dei, & benignitas, & sapientia,
quâ eodem potuere, Reformationis, concordare adeo
harmonicè, tempore, diversorum, sed ingentium u-
trinq; donorum Spiracula, ut mutuâ studiorum, ani-
morumq; *συμβάσει*, defectus alterius [cum non omnia

M

con-

46 concessa Uni) corrigi possint per alterū. Major in Luthe-
ro erat animo, vehemētiorq; in Philippo mitior. Ibi plus
Theologiæ, hîc Literarū. Valebat ad inchoandū Lutherus
ad perficiendū Philippus. In eodem interim opere, ma-
gnus, utriusq; & necessarius fructus, attēperatio sanè
Divina. Unde & conjunctissimi ambo per omnia, quāvis
nō ejusdē per omnia ingenii, & indolis. Quantū Luthe-
ro honoris Melanchthon, tantum huic ille amoris re-
ferebat. Fidelem se cunctis in negotiis, & Consiliis
præstitit Luthero *παράστατον*, aded, ut Interlocuturo in-
terdum in Lipsiensi, XIXni anni, colloquio, ogganni-
ret Eccius indignabundus: Tace Tu, Philippe, ac studia
cura Tua. Et iterum: amove â Te, istum distinctio-
num saccum! In Sacramentaria illa dissensione, mo-
deratiora semper seqvutus consilia, & modestiam, Ci-
vium Academicorum assensum invenit potiùs, ac du-
rities, invenit Lutheri. Sic, ut Academia postmodum
ex ejus potiùs, quam Lutheri sententia, Doctrinam cœ-
perit exponere de Cœna. Nata hinc maleferiatorum
aliorum in V Vittebergenses, & Lipsienses, post fata Lu-
theri, odia, & persecutiones, quas monumenta lo-
quuntur Historicorum. Cui, in medelâ tandem scripta
est Formula Concordiæ Bergensis. Verùm, haud aliô,
quam Saxonum vates, Joannes Major, metrico Lusu,
in Bergensium Patrum Coryphæum, Schmidlinum,
(alias Fabrum) indigitavit, successu:

Aut mens Vulcanum, aut forceps indocta fefellit,

εἰρήνην voluit cudere, cudit *ἔργον*.

A Colloquio inter se, & Bucerū, Cassellano, toties, quoti-
es est testatq, ac piam, & pacificam hanc animam discru-
ciaret dissensio illa in Re Sacramenti, ad Amicos excla-
mans iterum, iterum ve: Si tantum possem effundere La-
chrymarū, quantum Undarum plenô vehit Albis noster
alveo

47
alveo, non exhauriri posset dolor meus, ex hoc dissen-
ortus. Quicquid est cordatiorū Lutheri Aſſeclarū, infici-
as ire haud poterit, quod ad extremum ille ſuaſerit hali-
tum, Concordiam, ſic ſcilicet, pridie ejus, quo animam
efflavit, ad Peucerum, Generum: Non morbo move-
or, nec ſollicitudo eſt ulla, quæ animum angat, vel
turbet meum. Una eſt cura, una hæc ſollicitudo, ut
Eccleſiæ ſint in Chriſto Concordes. Inter alia & hæc:
moreris Tu certè, à peccato liberaris, & à rabie Theo-
logorum. Erat & Andreas Carolſtadius, ab oppido
Franconiæ, Bodenſtein, & ab initialibus nominis li-
teris A. B. C. Alphabetum, per jocum nominatus, à
Philippo Melanchthone, primus, in Fundata recens A-
cademia V Vittebergenſi, Theologiæ Profeſſor. Cui,
ut Præceptor, & Aſſeclæ ſuo contra Indulgentias, è pri-
mis, ſcribere ſolitus erat, in Literulis, Lutherus: Ag-
glutinato ſuo! Sed, ex Reformatione illa V Vitteber-
genſi, Luthero factus implacabiliter exoſus. Durum
namq; erat tūm, ſed malò exemplò, Luthero, alios fer-
re ἐργαδιώκτας, & volupe contra, impetere pro concionib9
fratres, leviter ſaltim, & fortè, ob meliorem cauſam,
dissentientes. Animi erat, humanis obnoxii affectibus,
argumentum. Quod ſapienter in Luthero moderatus
eſt, ipſe Indulgentiſſimus longè Pater, ut juxta virtutes
planè divinas, etiam communis proderet infirmitatis
lapſus, ne hominem ignoraremus eſſe, aut Idolum fa-
ceremus ex eo, quem tanto ipſe admoverat operi. Ana-
baptiſticus, errore, ex errore alibi natò, graſſabatur ad
Salam, fluvium, furor, Nicolaò Storkiò, authore, vi-
ſiones jaçtante cœleſtes (cui individuus fuit, Alſteti
Concionator, Thomas Munzerus, comes] cœptus, tra-
gicò admodum eventu, furor. Enthuſiaſtarum ſunt

M 2

ſpar-

sparsa dogmata, & Prophetam dedere Sangalli fascina-
 tum à Dæmone, jugulandoq; Germanū, exclamantem:
 voluntatem executum se esse Cœlestis Patris: Domini,
 itēm, præ foris esse diem! Diem domini adesse, cre-
 pantem, Scrupenda quædā de novo somniantem Regno
 ejectum ivere Argentoratō, Melchiorem Hoffman-
 num, Harlemō, Joannem Mathiam (Enochum se esse
 jactitantem,) Vestphaliā, Joannem Leydensem, sar-
 torem, Tragœdiam agentem Monasterii deplorandam,
 Amstelredamo secum ducentem Viros, fæminasq; de-
 nudatas, vestesq; Apparitoribus, & Licitoribus relin-
 quentes, dicentesq;: Nudam esse oportere veritatem!
 sed percussos omnes securi. Hermannus quidem Um-
 bilicotenus nudus, Messiam, quin immò Patrem, se
 venditans: Occidite, occidite, ingeminabat, Sacer-
 dotes, & Orbis Magistratum! Capita extollite Vestra,
 quoniam liberatio adest Vestra! Cui evomentia talia,
 Mediatorem se ostentans regessit alius: Miserere, O,
 Pater, Populi Tui miselli, & veniam habe! Ad quæ
 prior huic, minis adigenti matrem, ut Filium se pepe-
 risse Dei agnoscat, cantharum propinans suggestit: Bi-
 be, & hauri jam Sanctum meum Spiritum! sed capite
 mulctati ambo Blasphematores, in execrationem posi-
 ti. Abbo Philippi, Menno Simonis, & David tandem Ge-
 orgius, puriorem paullo seminarunt Anabaptismum.
 Quibus facile monstris ad numero Michaëlem Serve-
 tum, Hispanum, Socinistarum Patriarcham, qui Tri-
 den Sacrosanctam, monstrum Triceps, & Tripartitum
 Cerberum, blasphemio appellitare ore erubuit nullus,
 etiam contumacissimus ad rogam, & anno Seculi ter-
 tio, & quinquagesimo exustus Hæresiarcha Genevæ.
 Ut ergo olim haud fuerat difficile Vineæ suæ Domino,

ad-

adversis quamvis, contrariisve prorsus, veritatem ta-
men propagare, mediis, Evangeliumq; ex Ecclesiarum,
in Judæa, ruinis, Christi q; dispersione discipulorum,
proseminare ulterius, inq; mundi mittere cardines;
non dixerim, mel ex veneno, vitam eruere ex morte.
Ita & promptum fuit, Patrum nostrorum temporibus,
eidem Vineæ suæ Domino, etiam ex opinionum, Uni-
us, alteriusve Confessoris Evangelici, diversitate, Præ-
coniū transmittere veritatis, ad Australes usq; & Bore-
ales. Argentina, & V Vitteberga, Seminaria ferè erant,
sub auspiciis Doctorum, Utriusque opinionis. Orati
qui litabant manducationi, in inferiorē sese magis dif-
fundentes, abibant, Germaniam, & Sacramentali qui
institerē, alas per Superioris expandere suas magis
Germaniæ Tractus, & oras. Bonitatis autem ceu
erat, & Sapientiæ, Patientiæq; in exhaustæ Divinæ,
Unum excitare ex alio, post Apostolos, Evangelium qui
plantaret in Ecclesia, agros steriles rigaret, faucia cor-
da ligaret, contrita pectora refocillaret, & excandef-
centiam ipsam deprecaretur Divinam cum timore, atq;
tremore; ita jussit pariter, Populi sui Miselli Misera-
tor Optimus, Maximus, ex Urbium hac biga, [ex equo
quasi Trojano,) prodire, post Lutherum, Melanchtho-
nem, Zvinglium, Oecolampadium, Viros edecimatos,
qui execrationes abominationum Papalium detegen-
tes ex Verbo revelato magis, magisq;, Scripturarum e-
nodare volumina, eaq; animis reddere mortalium tri-
ta, & trivia, & dilucida magis. Argentina illa quidem
Bucerum habuit, Capitonem, Hedionem, Calvinum,
Martyrem, Zanchium. Hæc autem V Vitteberga Ju-
stum, Pomeranum, Crucigeros. Patrem, & Filium, Ge-
orgium Majorem, Eberum, Avenarium, Henricum
Mullerum, Christophorum Pezelium; Hala præterea.
N Bren-

Brentium; Noriberga Osiandrum, Ulma, Conradum Sohmium; Augusta Vindelicorum, V Volfgangum Musculum; Brema Henricum Sutphanientem in Anscarii, Jacobum Præpositum, in Mariano, Joannem Timannum, in Martiniano, Docentes Templis. In Helvetia scriptis prodire, & ore, in scenam, celebres, Henricus Bullingerus, Rudolphus Gvalterus Osvaldus Myconius, Bertholdus Hallerus, Casparus, Megander, Leo Judæ, Benedictus Aretius, Joannes V Volffius, Ludovicus Lavaterus, Josias Simlerus, Bibliander, Guilelmus Stukius. Quos inter, nulli secundus, Conradus Pellicanus, quàm maxumè exitio fuit Synagogæ Romanæ, Publicæ suæ primæ Zurichensi, ad quintum, & decimum Exodi caput, Prælectioni, tale ex cathedra, sexagesimo, & secundo, Seculi anno, præmittens proloquium: Qvas non ego, Tibi, Mi Pater, & Deus, Benedicte in secula, referam grates æternas, quòd ex Ægypto me eduxeris per rubrum isthuc mare? Ut liceat etiam nunc mihi cum Sanctis Tuis, & Jubilo, hymnum intonare Mosaicæ Sororis. Cantemus Domino, qui tam gloriosum, tam luculentum, & magnificum patravit in me facinus! Et vero, quemadmodum Ecclesia aliquando Christiana, deletis nunc Hierosolymis, dispersisq; nunc in Univerlum Orbem servis, & Apostolis Domini nostri Jesu Christi, alis quasi, ex excidio Urbis, acceptis, in Pathmum avolaverat suam, mare trajecerat, orienti incubuerat, & occidenti, Ultimas salutaverat Insularum, halcyonia quæsierat sua Ubi non Evangelii Decus. Ita, prorumpente nunc Persecutione eorum, qui potestatem tradiderant suam Bestiæ, proni eam adorantes, fuere inter Mundi Principes non pauci, id dantes solum operam, id machinantes,

nicè

51
nicè, ut omnes, Tyrannidis Meretriciæ pertæsi, & A-
gno servientes fideliter, subjugantur ocyùs, subacti tol-
lantur, sublatis pereant æternùm. Verum, enim, vero,
fuit id, ab omni retro seculo, invictum veritatis robur,
ut tela hostilia consumpserint vix magis pios Evange-
lii Confessores, quàm rubus ille, quem est intuitus Mo-
ses, consumptus est ardore flammæ. quin potius, si-
cut Lignatoribus, silvam cedentibus, multo plures à
radicibus pullulant propagines, quàm ramorum est in-
cisorum. Ità heïc quoq; quò pressa erat undiq; ma-
gis Ecclesia, Solo, & salo, proscriptis Confessoribus, ed
accesserunt cottidie ad Evangelicam Doctrinam plu-
res; sic, ut cæforum etiam corporum cruor, irrigatio
fieret quædam novis emergentibus plantis, secundum
genuinum illud, & solenne: Sanguis Martyrum, se-
men Christianorum, Quo plus effusum est sanguinis,
eo magis fidelium effloruit multitudo. Genere ergo,
istò, & Majoribus inclarescente suis, Generosissimo,
Francisco de Sickingen, Landstalli Domino, tot ad se
Clarissimorum vocante Virorum Primpilos, Oeco-
lampadium, Bucerum, Svvebelium, Aquilam [ut vel
Academiam iisdem videretur ornaturus] Crabrones
excitati sunt vicesimo, & secundo, à quingentesimo,
post millesimum annò, fortes, & numerosi admodùm.
Adeò, ut obsidione eâ de re, jàm, cingendus Sickinge-
nius Heros, Theologis reliquerit integrum, Ubinam,
hoc rerum statu, asyla sua exquirere mallent? Quâ certe
fenestellâ apertâ, Ludovico Palatino, Bipontino, ut fo-
res pulsaret, occasionem nactus est, Joannes Svvebelius,
primum, ædificio Reformationis jacturus lapidem;
Occasionem Bucerus, ut caperet ipsum Argentoratum,
mirum! quantæ, & qualis bonæ frugis, authorem? oc-
casi-

easionem Oecolampadius, ut Basileæ inferens pedem,
 & ad Verba, ex pulpito, & Cathedra, ad Populum, fa-
 cienda, & Eruditos, exoratus, rem eò perduxerit feli-
 cissimi successus, ut Reformata redderetur, pauculis e-
 labentibus annis, Civitas *Univerſa*; *Aquila*, ut Stru-
 ctuarius fieret Ecclesiæ Evangelicæ per Thuringiam,
 haud postremò. Habebat id circa tēporis, collegiū Trept-
 oâ, ad Regam, Pomeranorum Civitas, Doctissimis re-
 fertum, Viris; Moderator cuius erat Joannes Bugenha-
 gius. Hic, librum ubi inspexisset, per transennam quasi,
 Doctoris Lutheri, de captivitate Babylonica, Lipsiâ si-
 bi transmissum, ejuscemodi fere affatus est Collegii
 Fratres Verbis: Verè, ô fratres, frates mei! abs ipsis
 Mundi jacti fundaminibus, Major, ipso Lutherò, haud
 extitit Hæresiarcha! Lectitatò autem, penitusve librò
 inspectò paullò, factus est, paucorum intercapedine
 dierum, alius longè sententiæ sator, ità denuò affatus
 suos: Erravi, Erravi, fratres. Nam, cheu! Totus jam
 absorptus est erroribus mundus, & caligine merſus. Id
 quod oculari ipsis in apricum deduxit demonstratio-
 ne, sic, ut in sententiam abirentejus, quotquot erant
 fratrum. Quid fit? Episcopus Caminensis, insidias,
 reintellectâ omni, struit Reçtori, & Collegis. Cœlum,
 autem mutant illi, & solum. Venit Bugenhagius V Vit-
 tebergam, Pastor constituitur Ordinarius, Ecclesiam
 Reformat Hamburgensem, Lubecensem, *Daniamq;*,
 Regnum ex imis usq;. Andreas Cnoppius abit in Li-
 voniam, *Rigamq;* Metropolim, ad salutarem adducit
 agnitionem. Veniunt Dorpenses, & Revalienses, lu-
 cemq; accendunt, apud Rigensium, suam. Reliqui
 Treptoâ, ad Pomeranicas excurruunt Civitates, & *Uni-*
 us, alteriusve, anni decursu, rem eò deducunt limi-
 tum,

33
tum, ut Pomeranorum Duces, Comitibus Treptoræ ha-
bitis, integrum abrogatum dederint, Statuum ibidem
coactorum placitò, Papatum. Berolini Marchicorum
feliciter sese dedere Reformationis primordia, ex eo,
quod Pii cujusdam, & Grandævò Theologò digna vox,
Templum implevisset Cathedrale, sic tonans ad Popu-
lum: Hodie, hodie, Christiani Viri fratres, Dilectif-
simi, nos decet fieri Evangelicos, & fieri, jam est ra-
tum, & penes nos constitutum! Sed, vero, quid Tex-
tus nostri tractabimus nos loco! Nimirum, apud ani-
mum secum dispiciens Senex, post pauca, pendens ani-
mi, ità effari occipit molliter: Animum advertamus,
amabò, quàm factus sit ratione Evangelicus Regius ille
Vates. Ast, quis mihi heic objiciat, nescio! Heus, Tu,
Bone Vir, Davides ne etiam, Unquam vel creditur, vel
legitur, factus, Religione Evangelicus? Judæum cre-
didissem ipsum! Sed respondit sibi ipsi. Quid ni Evan-
gelicus, Davides? Et, Utinàm tales hodie fieri, continge-
ret, nos omnes, Evangelicos, qualis fuit Evangelicus
Davides Rex, quotquot auditum huc me confluxistis
impræsentiarum. Arreptò itaq; Psalteriò ità enucleat
Primum Davidis Psalmum: Heic, vivò depingit Psal-
mistes noster, colore Virum, per Omnia, Evangelicum;
Talem, dico, in deliciis Cui esse potest Lex Domini, ut
meditetur eidem dies, noctesq;. Qui Verbum sibi ha-
bet scriptum, individuum semper comitem; speculum
Omnium intelligentiarum, & Vitæ suæ normam; qui
ex illo unice, Israelis fonte, salutis suæ haurit aquas, illo-
ipsoq; Verbò, & precum, ceu, suarum, scipione, Jorda-
nem rranstribulationum, cumq; eo recumbit noctu
quietus, cumq; eo surgit de mane lætus, adq; Se confert
labores Vocationis vegetus. Et is tandem, *γυναικας* est
O Evan^a

Evangelicus, & Beatus ille Vir, Is, inquam, qui instar
 est arboris, ad rivos plantatæ aquarum, suò quæ fert,
 tempore, veræ contritionis, & pœnitentiæ fructus; tri-
 stitias, non mundi, sed divinas; fructus, certissimæ fi-
 duciæ, & reclamationis, in uno Christi merito, tanquam
 Propitiatorio pro peccatis consummatissimo; fructus
 novæ obedientiæ, & vitæ emendationis. Hujus enim
 Viri Evangelici frondes, fides, spesq; , charitasq; , efflo-
 rescunt, flaccescunt, marcescunt nunquam; virescunt
 autem, Hyberno æquè, ac vernò tempore. Fui fui,
 Fratres in Christo, (quod citra dixerim jactantiam) fui
 quadragenarius in Papatu, haud Ultimi commatis, Con-
 cionator, multisq; ad fui Castigatiōis Ordinis, mona-
 chis, moribundis. Verum, dies docuit, quàm illi, in-
 ter illos, habitū Sanctissimi Omnium, Innocentissimi
 Omnium, Justissimiq; , omnium minimè quiverint se ip-
 sos, in ipso mortis constitutos articulo, solarier? Cedò,
 fodes! quid residet causæ? Id scilicet causæ, quod re-
 liquerint ipsos, ipsi Evangelici Verbi rivuli; adeoq; fu-
 erint illi gluma istud dispersum à vento, speciem præse-
 quidem ferentes pietatis, at, virtutem negantes ejus,
 exsuccæ, explantatæ, radicesq; agentes nullas, arbores,
 vereq; Improbi isti, qui non constituri forent in Judi-
 cio, Peccatores illi, qui non exsurgent in coetu Justo-
 rum. Fui apud Fratres Sanctos Stendali, qui terrena hæc
 relicturi, coram vibrantibus oculorum Dei radiis haud
 comparere ausi sunt, quoniam exæstuantissimæ Divinæ
 iræ, & vindictæ tempestates [procellâ quasi exortâ] me-
 rita discussissent eorum omnia, pessum dederint omnia.
 In Frisia Orientaliore Edzardus, Comes, Doctrinam E-
 vangelicam, ex crebra, quam hauserat authorum lectio-
 ne, per Georgium Aportanum, curavit proponi Po-
 pulo

55

pulo publicè Auricæ, Nordæ, Leeræ, Emdæ. Sed, exu-
vias deponente Comite, Lasconi, sub Successore, En-
none, delata est Votis omnium Pastura, & Ephoria Ec-
clesiarum. Qui, introducendæ Ecclesiasticæ Discipli-
næ gratiâ, Collegium instituit Pastorum Emdæ, ubi &
in mores habita fuit usq; singulorum inquisitio, & de
articulis Credendorum disquisitio, operam postea ipsi
commodantibus Reformationis, Microniô, Menso-
ne Altingiô, aliisq;. Ducatus V Vürtembergensis No-
bilissimus, inde, quod terris suis, & subditis exutus sit,
Huldaricq; eorum Dux, religionem amplexus est purio-
rem. Quippe, Principe istô, Vitam aliquadantenus, apud
Hassia Landgravium, Philippum, agente, & ex Collo-
quio Marpurgensi, [quod Præsens ornaveret ipse,]
gustum aliquem, sincerioris lactis, capiente, ad palatum
postmodum esse, fidei lac illud, paulatim senserunt
Regentes æquè, ac Obedientes V Vürtembergici. Cæte-
rum, instante nunc, Protestantium ad preces, Cæsare,
indixit tandem per Germaniam, anno, Seculi, quintô,
& quadragesimo, Paulus III. Oecumenicum Concili-
um Tridenti. Verum, itâ, ut Episcopi, atq; Doctores,
larvæ essent, *νόφοι* essent *πρόσωποι*; non homines, sed simu-
lacro; nervis moti alienis, & Dædali statuæ. De qui-
bus Assessor Dudithius, Episcopus, ad Maximilianum:
Utres erant Episcopi, (Musicum illud Instrumentum
Rusticum) quos, ut vocē mittant, inflare est necessum.
Româ expectabantur Responso, Delphis veluti, Illine
S. Sanctus mittebatur, manticis inclusus Tabellarii,
sed; excrecentibus pluviis, ad volare non poterat, an-
tequam desedissent Inundationes. Sic, ut non ferre-
tur Spiritus super aquas tunc [ut est in Genesi] sed secus
aquas. Bipontino Episcopo in primo confessu: Con-
flue.

fluere ad Concilium, tanquam equum Trojanum, hortante singulos, id, malè admodum habuit Patres Conscriptos: æquiparari Concilium, fallacissimæ, & insidiosissimæ machinæ. A sessione septima translatum ibant Concilium Bononiam, reclamante licet, inhibente licet, Cæsare, qui, curaturum se, minatus est Præsidi, S. Crucis Episcopo, ut in Adicem projiciatur. Legitimum esse Concilium negavit Henricus, Gallorum Rex, conventus id ipsum insigniens nomine, sed bilem etiam ipsis movens non lenitè. Ad quæ, Moguntinus Elector, non malè: Si Regis rejicitis literas, quibus Concilium sanctissimum, nudum indigitat Conventum, quâ fronte accepturi estis Protestantes, Conventum vocitantes malignantium? Tres iterum Tridenti habitæ sessiones, de Pœnitentia, extrema Unctione, & Sacramento, sed, adventante Mauritio, Saxone, diffugère omnes, solo manente Nuncio Pontificis, Marcello Crescentio, qui in spectro, immanis quantum Canis, se diducto rictu petentis, territus in cubiculo, abiit ad desperationem, animam exhalans paullo post Veronæ. Pontifex Paulus, IV. decreto cognito Augustano, excandescens invecus est in Ferdinandum, Religionis, se in scio, instituentem ventilationem. Interminatus est inter alia: daturum se operam, ut Cordolio tangatur ex Iliis usq; quod tantâ violaverit sedem Romanam injuria, hæreticum appellans ipsum Cæsarem, & coacturum se, vel ipso invito, professus, Concilium Lateranense, ut, quantum possit Sancta sedes, intelligat, serâ nimis forte à ducto pœnitentia, & se Pontificem esse, Regibus superiorem, sciat, intelligatq; Cæsar; sibiq; Regna de Gente in Gentem, transferendi, datam esse potestatem. Eo autem ad plures abeunte, quod

In-

57

Inquisitionem commendaverit usq; Cardinalibus, Sa-
cro Sancti instar officii, Vulcano datus est à plebe fu-
rente, interea dum animam ageret, Novus erectus In-
quisitionis carcer; detruncata Statua Marmorea Pon-
tificis, integroq; triduo per Urbis volutata vias, præci-
pitata tandem est in Tyberim, & Caraffarum [Stemma-
tis Pontificii] insignia, viginti & quatur spatio hora-
rum, sublata omnia. Pius ergo IV. Successor, Clemens
initio, sed, non Caraffis, Concilium restaurat Tridenti
sextò, & primò, Seculi anno, Brevis ad Germaniæ Prin-
cipes, per Nuncios (quod volunt) Apostolicos, datis
amantissimis, dulcissimarunq; inscriptionum, atq; in-
vitationum plenissimis: *Dilecto Filio nostro; Nobi-
li Viro; Duci, & Comiti &c.* Sed remisere, non resi-
gnata, Principes, responsum ferentes Legatis: Nulli
Se assurgere Pontificis Jurisdictioni (usurpatio quæ sit
saltèm) & dedecere Se, ea, quæ instituti sit eorum, circa
Concilio negotium, aperire Pontifici, cum Potestas in-
dicendi, & habendi, Concilia, non sit penes ipsum.
Haud longè aliter *Daniæ Rex;* Nihil Parenti suo Chri-
stiano, nihil intercessisse *Unquam negoti sibi cum Pon-
tifice, neq; desiderio Se teneri noscendi tenorem Litera-
rum Papalium.* Angliæ quoq; postmodum Regina,
Elisabetha, ex Belgio in Insulam trajicere prohibuit
Papæ Legatum. Concilio illò noviter inchoatò, Re-
formationem Ecclesiæ urfit, omnem movens lapidem,
Gvido Faber, Caroli Gallorum IXni Legatus, in mo-
res invehēs adulteratos Cleri, quàm acerbè, sed cachin-
nis expositus, hòc additò Præsulum Italarum scomma-
te: Gallus cantat! Gallus cantat! Sed excepit scomma
Vaurenſis Episcopus, *Danesius,* Galliæ Legatus, alter:
Utinam Galliciniò hoc ad fletum excitaretur Petrus,
P & re-

& resipiscentiam! *Postulanti* tum Galliae Regi à Pontifice calicis usum, obstitit S. Angeli Cardinalis, Regi regerens: Se nunquam, Pharmaci loco, propinaturum Gallispoculum, toxico refertum: Præstare multò, perire Regem, quam ut remediis studeat exitiosis. Replicavit Legatus: Indignum esse Sacri Ordinis Proceribus, veneni appellatione prophanare, Christi Domini, sanguinem, Apostolosq; Sanctos, Patresq; Primævæ Ecclesiae Orthodoxos, & quoscunq; tandem non, magno, & spirituali Mortalium emolumento, illum sanguinis calicem populo ministrantes, habere pro Veneficis. Ferdinandus Imperator hoc ipsum, cum Bavariae Duce, Alberto, exposcens seriò, sed repulsam passus, exclamavit, non sine indignatione, ad Maximilianum conversus filium: *Quadragesima* offensus fui huic generationi, annis, & penes me dixi semper: Hi errant corde! Efflagitabant iidem: Matrimonium concederet Papa Sacerdotibus, sed irritus Legationis, & spe omni frustratus, rediit Legatus uterque, id recipiens responsi: Matrimonium concedere Presbyteris, nihil esse aliud, quam Hierarchiam tollere Ecclesiasticam, & Pontificem ad Romæ solius redigere Episcopatum. Dissolutum est tandem Concilium octodecim circiter annis, sed cum hiatibus magnis, & deliquis, coactum, non paucis. Nihil actum, nisi vetera mala, vestita Publ. auctoritate. Synodus fuit, sprete à Germanis, non comprobata à Gallis; à pluribus damnata. Unde Theologus longè Celeberrimus, & Lotharingio Cardinali à Consiliis sacris, Claudius Sanctius, Carmen solenne, in Concilii Apostolorum Primi Clausula usurpatum: Sic visum est Spiritui Sancto, & Nobis! repetens, crebro solitus fuit ingeminare: Plus nobis, quam Spiritui Sancto

Sancto, tributum est! Sic enim in Tridentina nostra
tinnit Synodo clausula: Sic Nobis visum est, & Spiritui
Sancto! Et præclare Claudius Espensæus: Non imme-
ritò questum esse pronuper, in Concilio Basiliensi Lu-
dovicum, Arelatensem Cardinalem: id demum fieri
in conciliis, quod nationi sit ad palatum Italæ. Et hæc
illa est Helena, quæ tum obtinuit Tridenti! In Bohe-
mia, & Moravia, Ecclesiæ crevere Fratres, adversari-
os experti domi, forisq; Conjunctione equidẽ crepârunt
cum Pontificiis plurimi, sed dehortatus est eos Luthe-
rus ingenuè: si populum in officio amplius continere
nequeant, idagant saltem: Cœnam retineant integram,
& Hussi, Hieronymiq; Pragensis servent memoriam
sartam, tectamq;. Quod, dum moliuntur, decernitur
in Comitibus Pragensibus: Templâ, & Religionis ipsis
adimenda esse, exercitia. Nec caruit executione res.
Matronam, quæ hâc de re lachrymas inter est conque-
sta apud Archi-Presbyterum, Lucam, piè solatus est
Præsul Pientissimus: Bono sis animo, filia, brevi ea rur-
sus aperientur. Neq;, sive spes, seu fatidicus fefellit
animus, cadente in prælio Ludovico, & Templorum
aperiendorum facta iterum potestate, Confessione
præprimis Ferdinando, per Guilielmum Krzinecium
oblata, quâ, venia est Sacrorum impetrata. Ultima
tandẽ persolvit naturæ, Lucas Pragensis, Septuagena-
rius, annorumq; octo, & viginti Ecclesiæ Antistes in-
comparabilis, Scriptis clarus, Elegantiæq; Templorum
Cultor, Dictum cujus est: Nihil æquè instare Ecclesiæ
fratribus, ab hostilibus Persecutionibus, quibus atteri,
& conteri nequeant, metus, aut periculi, quam â ne-
glecta disciplina Ecclesiastica. Insignes post ipsum
famâ Seniores, Fr. Benedictus, & Joannes Augusta,
Unio.

Unionem sanxere per Legatos cum Luthero, sexto, & tricesimo Seculi anno, quartoq; ab illo, & secundo denudò post istum, iterum, tertiumve renouarunt Unionem. Iteravit, tertiavit, Legationem, Augusta, Georgio Israele, tertitiâ vice, sociò. Quibus dextram dedit Fraternitatis Lutherus, disertissimo omnium eloquio: Sitis vos Gentis vestræ Slavonicæ Apostoli, ego, cum meis Gentis ero Germanicæ. Publici equidem, tum haud habebantur per Bohemiam coetus, fidelium tamèn delitescabant occultè haud numero pauci. In Moravia verò non spernenda erat Fratrum congregatio, & habebatur, Slezaniis, anno Seculi, post quinquagesimum, septimo, Synodò, Ducentenis magis consistens Cleri Capitibus. Quibus Magnates sese junxere ex Polonia, nominetenus, Joannes Crotoscus, Joannes Tomicius, Raphaël Leszczinius, Jacobus Ostrogus, Albertus Marzivius, Senioribus tum existentibus, Joanne Augusta, Mathia Czeruenka, Joanne Blahoslavio, Ecclesiæ Evanczicensis Pastore, & ab eo, quinquennio, in Clerũ cooptatis XCVA coluthis, LXV. Diaconis, & XXVIII. Ministris. Fratres ergo vicinam accensuri per Poloniam (Majorem puto) Evangelii facem, Mathiam mittebant Sionium, qui Posnaniam, speciem curandæ præ se ferens valetudinis, ingressus, sub mediam docebat noctem, non sine ingenti profectu. Ipso autem ad plures abeunte Danbrouni, anno quinquagesimo, excurrebant subinde Quidzino Posnaniam, Georgius Israel, & Joannes Corytanius, Ecclesiam stabilientes recentem, sed fenestellulis, culcitris obturatis probè, ne cantantium exaudirentur foris voces, Concionantiumq; Verba. Subolfecerat id, vicibus interjectis nonnullis, Episcopus Isbinscius, qui XL. in Israe-

6
Israelem subornaverat Sicarios, sed spe, & re frustrata:
Deus, quippe, ejus misertus, oculos tenuit Sicariorum,
ne ipsum ex mutato, sumptoq; alio, & alio, mox aulici
viri, mox aurigæ, mox Coci, habitu, agnoscerent facile.
Pastorem ut haberent oviculæ Christi Posnanienses,
suffragiis omnium electus est Georgius Israel. Hic pe-
dem eò moturus, Vistulamq; , dissolutâ ferè glacie, ad
Thorunium transiturus, parti glaciei nunc ruptæ, cum
vitæ insedit discrimine, Psalmum inter natandum ca-
nens CXLII. & multitudini, cum Consule ejus, Rüdige-
ro, admirabundæ, & elatâ voce ad ripam vociferanti:
ad nos! ad nos! respondit: hoc equidem penes animum
mihi est, siquidem nemo Vestrum ad me! Adjutor i-
psi erat Deus, ut salvus exponeretur ad officinam Late-
ritiam Thoruniensem. Posnaniæ pedem figens, sva-
via Dei eloquia proloquebatur, & magnalia, non po-
stremos convertens ad fidem Evangelii, inter eos, qui
flos erant Nobilitatis Polonæ, Jancovios, Casinovios,
Bucovieciorum fratrum trigam, Joannem à Lasco Ca-
nonicum Gnieznensem, ultrò Patria cedentem. Vir-
go, provectoris ætatis Generosa, Catharina, Domino-
rum Ostrorogiorum Comitum, Stanislai, & Jacobi,
Germana, invisâ prius, ob confessam orthodoxiam hu-
ic, majori natu fratri, tandem in id, ipsum, adegit vo-
luntatis, ut motus pietate Protestantium, exercitium
concefferit in ipsa sua Ostrorogana arce. Sacris qui-
bus interesse solita Uxor ejus, inculata est hæresios, à
nonnemine, apud Maritum. Jacobus, choleram senti-
ens, arreptô flagellô intravit furibundus: En, inquit,
illicò ego abstractam hanc meam, ex conventiculo illo,
hîc sistam! Faciente tum ad populum verba, Mathiâ
Czeruenka, ita ipsum est attonitum, affatus, Georgius
Isra-

Q

Isra-

Israel, Concionanti à Latere: Conside ibi, Domine,
 & locum cape. Sed, fassus est dein, Ostrorogius Comes,
 tantam ipsum perculisse Sacri istius cœtus reverentiam,
 ut, si dictum fuisset ipsi, sub mensa, vel scamno, heic
 procumbe pronus, tergiversari haud fuisset ausus, non
 secus, ac si coram ipsius Dei stetit Tribunali. A Con-
 cione in alium statim mutatus, Ecclesiæ se junxit, & æ-
 des suas Suburbanas *Posnanienses*, Concionibus dica-
 vit lacris. Tantô usa est, Ecclesia, Mecænate, ad annum
 usq; Seculi oetavum, post sexagesimum. In minori
 quidem videtur, *Polonia*, multis juvisse paralangis Re-
 ligionem, Nicolaus Olesznicius, *Pinczoviâ*, oppidô suo,
 ejiciens monachos, & ob id abs Episcopis delatus ad Re-
 gem. Sed causam ejus faciente suam, Nicolaô Reyô,
 Veritatis Propugnatore strenuissimo. Qui, cum, &
 Aulæ esset in deliciis, scripta, multô sale, referta, emi-
 sit pro ipso, causamq; in Monachos, quos in oppido,
 ob vitæ flagitium, ferre nullus qviret, deferens, à lu-
 ce agnita nec transversum recessit Ungvem. La socius,
 pietatis flagrans amore, *Belsziciæ* suæ Sacra intulit quo-
 que sua. Quod & idem, haud inter moriturâ exempli
 laude, factitarunt alii, & hos inter, Stanislaus Orze-
 chovius, *Przemisliensis*, ad matrimoni-
 um animum applicans, sciens, volensq; prudensq;
 Conradus Crupka, *Creticius*, Philippovius, *Gnojinii*,
 Religionem valere jusserunt Pontificiam. In quos cum
 acerrimam stringerent, Episcopi, virgulam, omnem
 in ipsos, Reformati hi, concitarunt Equestrem Ordinē,
 Dominatum ipsorum execrantem. Ferventibus res
 acta est animis in Comitibus *Petricoviensibus*, secundo,
 & quinquagesimo, anno. Qui ad Reformatas tran-
 sierat partes, Raphaël Leszczinius, Andream nunc *Pras-*
movi-

movium, septem Ministrorum Seniore, & Tigurinâ
docentem methodo, manu tenens suâ, gravi defensum
ivit, ad Regem, habitâ Oratione, ita in mores Præfulum:
Isti sunt, Rex, qui nos infamiâ, publicatione, qui nos
mulctant & exiliô, Ovium vestitu, rapaces admodum
intus lupi. Qui Liberos, damnant, Nos, ut perduelles,
ad cædem Tibi designant. Nos, Te electum vivimus Re-
gem, suffragiis Omnium liberis. Jus ergo Tuum nobis ser-
va Regium integrum. Episcoporum impotens Domi-
natus in Ordinem, fac redigatur, publ. Tuâ Authori-
tate. Tibi pareamus soli, præterea nemini! Cui cal-
culum adjecit facilè, Martinus Zborovius, Palatinus
Califfiensis: Si id Juris in Nos, Episcopis erit, mox, re-
bus convalatis omnibus, Poloniâ excedam, vitâ, & fa-
mâ Comite. Atq; sic, causâ suâ cecidère Episcopi, plu-
rimis Secessionem facientibus ad Evangelium, Sazfra-
neciô, Vlodislaviô, Ossolinio, Szenicio, Tarnovio,
Zborovio, Tenczinio, Luca Gorkano, Mielecio, Mis-
covio, Dembinio, Lutomiriis, Boratino, incluta præ-
primis Domo Firlejorum, & in Regali Borussia Czema-
rum, Dzialiniorum, cæterorumq; quas breviculâ re-
censione enumerare datum non est. In primordiis ferè
palmâ tulit Reformationis, Franciscus Stancarq, Man-
tuanus. Ab Episcopo enim Cracoviensi, Maccejovio, ad
Professionem Sanctæ Linguæ Academicam evocatus,
dogmata Evangelii cœpit Prælectionibus suis miscere.
Hæreseos ex eo reus habitus, in vincula est conjectus;
& profugus indè factus, Scholam aperuit Pinczoviæ fa-
migeratam. Constitutus ibidem Primus Rector, Gre-
gorius Orfacius, in Collegas ipsi dato, Pari Juvenum
Gallorum, Petro Statorio, contra Cromerum defensio-
nem edente Religionis, & Tenaudo, Bituriensi.

erroribus vindicavit Ecclesiam Pontificiis Stancarus, canones conscribens restaurandarum Ecclesiarum, numero L, sed, gratiam iis adimens, hæresi suâ: Christum, Mediatorem saltim esse, quoad hominem. Orthodoxos inter, qui, Rege etiam audiente, inveherentur in superstitiones, erant Concionatorum Primipili, Leonhardus Cosminius, Simon Sazius, Laurentius Prasnicius, Joannes Seclutianus, Samuel Monachus, Andreas Prasmovius, Felix Cruciger, Gregorius Brzesinius, Jacobus Sylvius, Stanislaus Lutomierscius, Martinus Crovicius, Paulus Sarnicius, Paulus Gilovius, XL. plus annis, Fidus Ecclesiæ Dei servus. Crucigerum ritè in Ecclesia Romana, *χειροθεσία* initiatum, Ministerio autèm, ut primas teneret inter orthodoxos, donatū anno LIV. suscepit gremio, & oppido suo Szafranecius, Concordiæ stabiliendæ gratia. Indicta ergò prima Synodus est, unione initâ cum Majoris Poloniæ Ecclesiis, ut ut Arrianismi postmodum malo dolò, ad defectio- nem laccessitæ hæ, ritus S. Cœnæ, Fratibus usu receptos, repudiaverint. Tritheitæ irrepsere in Ecclesiam, quibus socias ferebat man⁹ Lysmaninus, Franciscanis aliquan- do relictis Cracoviensibus, nonnullisq; secum è Mona- sterio eductis, in societatem ire ratus Evangelii. Eousq; autèm fuerunt abominationi Pontificiis, rectè Sentien- tium pia corda, ut neq; assidere iis dignarentur Ponti- ficuli, neq; sepulturæ locum dare. Unde Decius, mori- turus; Abjici se jussit mortuum in Canonorum Pisci- nam, quò, consumptus à piscibus, Ventres haberet Ca- nonicorum, Sepulchrum. Jussu Zebrzedovii, Episco- pi Cracoviensis, vi raptus ex Pinczoa Civitate, Marti- nus Crovicius, extrema fuisset passus, ni, provida Dei cura, occurrisset, vocatus quasi, Percussoribus illis
lex.

sexdecim, Unô saltim stipatus servô, Strenuissimus He-
ros, Balthasar Lucovius, Onines, non secus, ac si plures
nosset sibi à tergo armatos milites, inclamitans: Vah!
homines Vos deperditos! & Nequam Vos homines!
Heïc, heïc, subitò, Omnibus Vobis est pereundum!
Hùc! Hùc! Nostri, quæso, accelerate cursum Vestrum!
moxq; inpressione quasi factâ, sed voce solâ, panicum
illis incusserit terrorem, ut tribus eorum, equis de-
ctis, reliqui vestigüs institerint Fugientis, præfestinan-
tisq;, vix non volantis, Ducis Mazoviecii, Crovicius-
ve redditus fuisset Pinczôæ incolumis. Palatinus Vil-
nensis Lithvaniæ, Nicolaus Radzevilius, Evangelii Do-
ctrinam amplexus, in Aula sua, Fano S. Joannis, oppo-
sita, Sacros Conventus, denegantibus Sacrificulis Tem-
pla, admisit. Viros Doctos amore eò usq; est profecutus,
ut Pontificis Legato, Lippomano, apostasiam sibi ex-
probanti cum convicio, opposuerit, rationem redditu-
rus, per apologiam, fidei, & spei, quæ in ipso erat, ajens:
Id vero Tibi, omninò cognitum esse velim, sic me nunc
doctissimorum Videndorum Virorum, teneri cupidi-
ne, ut, si Melanchthones, Brentios, atq; alios, ex Ger-
mania ad postulata mea pertrahi posse nossem, me non
tantum Alegati, illuc mittendi, laborem, in me suscep-
turum libenter, sed omnes mihi quoq; experiendas fo-
re facultates, voti ut Summam attingerem. Quos ve-
ro Tu, dum per malitiam hæreticos appellare non eru-
bescis, Tute reddis hæreticorum, quos habet Terrarum
Orbis, maximè hæreticum. Joannes à Lasco, quæ-
dam, in Fratrum Ecclesia, virgulâ, ut quidem ipsi erat
opinio, notaturus, circa Coenam Dominicam, exulce-
ravit non nihil Ecclesias, antequàm radices egissent al-
tas fatis. Sed tulit citò medicamen, ne in nervum e-
R rum-

rumperet res, *Petrus Paulus Vergerius*, Laborem Laici, nec è re, nec tempori servientem, prudenter judicans. *Stanislao Ostrorogio* auriculam vellebat *Argentoratò Hieronymus Zanchius*, ne, in verba jurabundus Magistri, dependeret nimium abs ore Lutheri: *Dubium*, inquit, certè nulli est, Spiritu agitari Dei Lutherum, sed hominem eum esse volo, non Deum. Tutissimum fore itaq;, in solo Dei acquiescere verbo. *Posnaniæ Fratres* petebat calumniis, *Paulus Monachus*, ut etiam ipsi Regi, *Vilnæ* tum agenti, redderet eos, si non exosos, saltem suspectos. Moræ ut aliquantillæ daret veniam, *Causæ* tam æquæ Fratrum, imploratus *Episcopus Procancellarius*, id dedit responsi: neq; quidem sperandum ipsis esse, vel duarum *Clementiæ* horarū. spatium. Regis mandatò, *Fisco* tradenda esse eorum bona, ipsosque urbe ejiciendos per *Carnificem*, accensâ face. Verum, discussit tempestatem, etiam istam, bonitas Divina, & retundendis calumniis, confessionem obtulêre Regi, Fratres, per *Jacobum Ostrorogium*, Serenâ fronte acceptam, lectam, perlectam, rati habitam. In *Gallia*, *Merindoli*, & *Capraræ*, rogo, atq; ferro, & quibus non? addicebantur à *Senatu Aquensi*, *Valdenses*, suppliciis. Quam suspendit tamen crudelem sententiam, ad tempus, *Bartholomæus Cassanæo*, *Præses* *Senatus*, motu, & impulsu *Alenii Arelatensis*, auriculam ipsi vellentis, ut, qui, jam olim, annis vernantibus tulisset in causa murium, & felium, tam moderatum, atq; æquum, *Scholæ Augustodunensis*, iudicium, nunc, maturo iudicio, & ipse *Justitiæ Sacerdos*, sibi ipsi esse nolit dissimilior! *Minerius* vero *Præses*, mortuo *Cassanæo* succenturiatus, teterrimæ insimulans *Valdenses* apud *Regem* proditionis (*Messaliam* quasi occupare aggredere,

derentur) effecit, ut legibus in eos ageretur, & rabioso
milite in omnes vicos immisso, vix rationem inire quis
possit exustorum, suspensorum, atq; varia morte è me-
dio latorum, Virorum, mulierum, liberorumq; , cor-
porum. Neq; in sylvarum saltibus, & latebris tutos,
jubebat, misellos, Monachorum quidam Inquisitor,
Joannes Romanus, ocreas induere sebe bulliente refer-
tas, per risum inquirens: Ecquid bellè instructi estis, ut
peregrè profiscamini? Sed dignas tandem, in Mini-
stros crudelitatis animadvertente Rege, luit scelerum
suorum pœnas, ut qui, scatente fœdis ulceribus cor-
pore, mori, quanquàm optasset, nequiret. Minerius,
lævis intestinorum diù vexatus doloribus, crudelem
tandem animam, crudelissimos exhalavit inter crucia-
tus. Primus fuit omnium, Joannes Clericus, Publi-
cam ad valvas Templorum Meauxensium, affigens
nundinationum Refutationem. Verum, cæsus est ob
id virgis, cauterio in fronte, hæretici instar, notatus,
sic, ut cernens id mater, exclamaverit lætabunda, hi-
ceq; solata Filium: Vivat Christus! Vivant insignia e-
jus! Episcopus Meauxensis, Bricometus, Evangeli-
um Sancto tutatus zelo, plurimos vocavit ad publicum
ejus Præconium Viros, numeris omnibus absolutissi-
mos, & horum ex censu, Jacobum Fabrum Stapulensem,
nulli secundum, nulli non notum. Relapsum autem
patientem Episcopo, terroribus in id adacto, solum ver-
tere coactos esse Pastores, ex historia liquet. In Navar-
ræum ergo nonnulli pedem promovent Regnum, qui-
dam Parisiorum Lutetias, clam Populo in Magistros
dati; Metim alii, Incunabula ferentes tam exquisitæ,
quæ nostris adhuc floruit temporibus, Ecclesiæ Meten-
sis. Huc illuc, alii, Christum quaquorsum reddentes

tes per Regnum notum, atq; testatum. O, verè Sapien-
tem Altissimi Sapienciam! quæ Ecclesias novit Chri-
sti, specie Viduatas, in Solium collocare ipso eventu.
Martyr ille Christi, è primis, Annas Burgæus, sibi ipsi,
cū quinquagesimo, & nono, Seculi anno, Lutetiis esset
loco, & dignitate omni, abs Episcopo loci, motus, acci-
nuit gratulabundus: Summo hodie Dei beneficio, ut
nihil mihi amplius sit cum AntiChristo commune, Ma-
gnæ illius in me deleta sunt Bestiæ insignia! Valdensi-
um præter Ecclesiam, viscera ipsa penetravit Regni, Re-
ligio Sanctior, puriorq;, Helvetiâ, Sabaudiâq; oriunda.
Cui plurimum tulere lucis, Massonius Riverius Eccle-
siæ Parisinæ Fundator, Jacobus Riparius Architectus, &
Andegavenis Ecclesiæ Plantator, Colongius, qui,
multiplicato cœtu, Collegam sibi legit Antonium Sa-
daelem, Juvenem, vicesimum vix egressum annum,
sed Zelo, & eruditione nulli secundum, ex Chandæo-
rum gente antiqua, Illustrè Baronem. Variis Belgii Oris
initia erumpebant Reformationis, jam vicesimo, &
primo, à quingentesimo, anno, Docentibus, Antver-
piæ quidem, Jacobo Præposito; Lovanii Martino Dor-
pio; Trajecti Joanne Rhodio; Delphis Cornelio Ho-
no; Hagæ Comitum Gnapheo, Qui, Testamentum
Novum, Viri fortissimi, mox integrum locuti sunt Co-
dicem sacrum in vernacula sua, librosq; subjicere præ-
lo, singulos ad ædificationem facientes; refutatos quam-
vis à Monachis, sed ineptè, jejunè adeò, ac sine suo ex-
cidentibus, ut deficienti non unam præberent à Papa-
tu occasionem. Ita enim Præses ad Inquisitorem, Tap-
perum: quarum hæresium lectione nos interdicimus,
sub anathemate, has vos Privilegio munitis in libris ve-
stris, & publici facitis juris. Verbo, nemo, vel ipso te-
stante

stante Erasmo Roterodamo, magis Pontificis unquam
officiebat Dignitati, quam qui clamarent in Lutherum
calumniose maxime. Sic enim ille: *Utinam* Leo, (Papa)
quibus hic agatur res modis, nunc haberet perspectum,
certè, Leo omninò foret quàm maxime in Clamantes
hasce Vulpeculas. Quà, certè, motus Papicolarum in-
faniâ, cœlum aliquando mutare constituerat Erasmus,
itâ ad Pirckhaimium: Libet nonnunquam profugere
aliquò, sed vereor, ne, quocunq, me vertero, sequatur
molestia. Proinde tutius arbitror, mali remedium pe-
tere abs animo, quam à loco. Benè habet, quod Christus,
in tanta vitiorum caligine, nobis Evangelicæ Doctrinæ
scintillas reliquit. Quanquam, vel minimum id facti-
taret, adfectu aliquò in Lutherum, Erasmus, cui minùs
erat æquus, crebrò id usurpans sermone: Quid ad me,
si vel assum mallent Lutherum, vel elixum? Facilis est
Unius hominis jactura! sed pelli saltem metuebat, & cu-
ti, à Synagoga Romana, suæ. Quid quod etiam solū, & sa-
lum mutans, Pelagustrajecerit, & Insulam quoque ra-
diis suis, Magnam Britanniam, salutaverit Lux Evan-
gelii. Stringente quippe, sub auspiciis, calamū in Luthe-
rum, Henrico VIII. Rege glorioso, in beneficio ponente
Titulum, à Papa acceptum, Defensoris Fidei, aliter post-
modū, ac Scenâ Primâ, res cessit in Anglia. Interea enim,
dum Regē diris devovissent, ob divortiū cum Catharina,
Fratria, Arragoniensi, Purpurales, cœpit Pontificium
nomen, Publ. Ordinum decretò exulare, terminis Re-
gni proscriber, & Tributis, ab Inæ usquè pendi solitus
temporibus, denegarier Papæ. Ex quò factum, ut sacra-
mento se Regi obstringeret Angliæ Clerus, Sacram se
Reg. ^{am} Majestatem, Majestatisq, & Throni Anglicani
Hæredes, proximū à Christo in Terris suis, semper agni-
turum

turum, & habiturum, Ecclesiæ Caput. Monachos Rex exterminavit, Cœnobia quorum, observavit reapse, conversa in Lupanaria, Cinædorum, ac Sodomitarum latibula; circa ipsam tamen, nullâ adeò re mutatâ, Religionem, ut igne potius aliquadinù sæviret in Lutheranos. Protector tamen Edoardi, Regis, nondum Ephebi, visus est cum *Archi-Præsule*, *Thoma Crommero*, Religionem Patriæ inducere, vindicatam magis ab azymo, & sordibus Papisticis, Argentinâ Oxonium, ad Reformationis volvendum, moliendumque opus, evocans *Petrum Martyrem*, *Cantabrigiam* vero *Martinum Bucerum*, & *Paulum Fagium*, Embdâ tandem, abs *Comitissa Anna* (sed precibus motos, atque impetratos omnes) *Joannem à Lasco*, à fulmine Interemistico vix ampliùs tutum. Fundavit Londini Belgicam, atq, Gallicam, Ecclesias, *Lasco*, *Super Attendentis*, Regio functus munere, auctoritate Ecclesiæ autem statu, vix integrè ad lucem edito, & natô, jam manebat fideles pressos persecutio crudelior, quâ antiquata sunt, Regnante Mariâ, Evangelica omnia. Grassata illa est in Protestantes. Imagines restituit, & partes earum detruncatas, & inter alias, nasos, multo argento reparavit. Quod, cum cerneret muliercula, animô, quo, nescio, præfago ad artificem: quid? Tibi ne mens ampliùs sana est, quod novos hisce affingis imaginibus nasos? quæ capita sunt amissuræ sua brevi? & respondit dicto eventus. Combusti sunt id temporis, ob veritatis tesseram, *Episcopi*, *Crommerus*, *Ridlæus*, *Hopperus*, & *Latimerus*, *Octogenarius* senex. Neque parsum est mortuis, quorum, octingenta plus minùs, variam experti sunt crudelitatis sortem. *Buceri*, & *Fagii* ossa effossa, citata, damnata, exusta. Volupe autem pluribus fuit, Ducibus,

71

cibus, Joanne à Lasco, Martinò Microniò, Francisco Rive-
riò, & Joanne Utenhoviò, migrare in Daniã, sed cœlum
sibi exploraturis adversũ. Paulus namque Noviomagus
à Concionibus Regi aulicis, eos, quod in Cœnæ Sacræ
negotio, secum non facerent, deploratissimos in-
terminavit hæreticos, omnium indignos conversatio-
ne. Quantâcunque ergo Cœli, & Brumæ inclemen-
tia, ipsi tamen aquæ, & igni est interdîctum, & sub ca-
pitis quidem, ne littus repetant, periculo, quacunque
etiam ipsis postmodum manente necessitate. Vismari-
am devenêre alii, discrimina inter, Rostochium alii, u-
biq; maleficorum instar habiti, authoribus loci Pasto-
ribus. Hostes experiebantur sibi juratos, Rostochii qui-
dem, Georgium Riken, Joannem Kohle, & Henricum
Schmedenstedium Vismariæ, Lubecæ Petrum Bricciũ,
& Hamburgi Joachimum V Westphalum. Quorum ta-
men obturavêre omnium os, Insignes Doctrinâ, & Vita
illibatâ, Mycronius, & Hermes Bakerelius. Halcyo-
nia tandem inventa in Comitatu Embdano. Sed reli-
quum emensi sunt alii itineris, Francofurtum conce-
dentes cis Mœnum, Ubi Ecclesiam excitavit, dato ei in
Pastorem, Petrò Datheno, Belgicam, Joannes à Lasco,
ipsum, comite Utenhoviò, remeans, post XX. annorum
exilium, quadragenis ad minimum revocatus Magna-
tum, & Pastorum literis, in Patriam remeans, quinqu-
agesimo, & sexto, Seculi anno. In Scotia, Lux eadem, vix
à Martyrio Illustrissimi Hamiltonii, & Doctrina Joan-
nis Cnoxi, accensa recens, extingvenda iterum erat
malevolentia, vi, fraudeq; adversariorum. Malo e-
nim dolocardinalis Sant Andreani, captus est, è suggestu
verba faciens, Ecclesiastes Doctissimus, Sophocardius,
Cujus mortem spectanti hilari fronte, Cardinali è fene-
stra,

stra, ipse in os dicere minimè est veritus: Molesta equidem hæc flamma corpori, cæterùm, animam, minimè frangit gentium. Ille vero, qui me nunc ex editiori despicit loco adeò superbè, morâ interjecta exiguâ, æquè ignominiosè jacebit humi, ac nunc sedet arroganter, & fastuosè; Et vaticinio respondit exitus! Leslii enim oppressus conjuratione, ex illa ipsa est expositus, ex animis, fenestella. Maria vidua, Religionem conata exterminare funditùs Evangelicam, animadversio- num tyrannide, Regni commovit Status Protestantes, liberum postulantes Conscientiarum, ductum, ut & de fastigio periclitaretur, & de vita, Regina. Dicenti, Promissorum fidem exigendam esse à Principibus, quoad usq; expediat eorum Principatui, in jecere, è vestigio Status: Obsequio ergo & nos, *Universi* renunciamus, & omni Tibi amplius parendi necessitati. Mox, dejectæ, plebis impetu, imagines, & vix non deventum est ad arma. Factis Induciis, Statutum: nemo Cultu, & Religione, quam nollet, cogeretur. Tandem abrogatum Reginae, bellum, auxiliis evocatis Gallicis, militantis, Regimen, Mariæq; datum, Filiae. Stabilita Religionis Res, necessitate potius, quam consensu Reginae, Anglorum Mariæ, legentis vestigia. Nec & Hispanos, aliosve Australes latere poterat tanta Luminis æterni Claritudo. Hispali colligebatur jam quinquagesimo, & quinto anno Ecclesia, trecentarum animarum, sed privatos saltim intra parietes. Quanquam nec fugere poterat iste Cœtus Constitutos Regis Inquisitores, excidium parantes Ecclesiae novæ. Accedebat, ut mulier, ob Pietatis, haud infimæ istius Cœtus notæ, & intelligentiarum in sacris literis, specimen, membrum semper habitum Ecclesiae genuinum, insaniâ

73
niâ correpta tandem, sed è catenis, & compedibus, quibus ob furorem tenebatur, apud virum, Pietate gravem, Franciscum à Cafra, elapsa, ad Inquisitores confugeret in arcem Trianam, seipsam incusans, cum CCCaliis, Lutheranismi. Actum fuisset de omnibus, nî accersitus Franciscus, per scomma ipsos, simulatô risu, nasô suspendisset ad uncô: quî forent ipsi, si decipi se paterentur delusionibus Insanientis Miseræ, scapulas suas tot verberum notis, tam miserè dehonestantis. Ast illa, Francisco reddita vincâ, & ad Custodiam tracta, vociferata est plenis faucibus: Nequaquam se insanire, sed pessimum esse Franciscum hunc, & Lutheranorum omnium maximè pestilentiosû. Conveniebant tûm ad Sacra Solennia, in ædib9 Isabellæ Veniæ, sed detectâ re, Persecutioni objecti omnes. Ad rogam dati Joannes Pontius, Comes, Joannes Consalvus, & Joannes Ægidius, Hispalensium Pastores. Sequutæ, Isabella Venia, ædibus ipsius Solo æquatis, Maria Viroesia, Cornelia Bohorquia, Neptis Matronæ, furore antea actæ, sed sibi postea redditæ. Quæ, mente restituta, ingenti ducebatur dolore, & veritatem Professa, submitit se constanter, squalidis vinculis, torturis, flagris publicis, carceribusq; perpetuis, Nec parsum est Garfiæ Ariæ, vel ipsi tandem Constantino Pontio, Carolo V. olim à Sacris Confessionibus. Qui altâ voce, diros inter cruciatus: Deerantne, Mi bone Deus, in mundo Scythæ, aut crudeliores his, immanioresq; Cannibales, in quorum manus, ne in horum monstrorum inciderem ungues, me conjecisses? Silentii jam involvo peplo Regna, Meridiei viciniora, & loca in Ultimis posita gentibus. Occidentis saltim meminisse juvabit, & septrionarium magis partium. Quas inter, Gloriosissimus Daniæ
T Scep-

Sceptryger, Fridericus, Doctrinam quidem proponi Lutheri in Templis, Lege jussit publ. Papismo vero eji-
 ciendo haud erat par, ob potentiam Episcoporum. Qui,
 ipsò ad plures abeunte, tantum non recusatum ibant
 Filium hæredem, Christianum, quin etiam proscripti-
 onibus, flammâ, & ferrò, sævitum ibant in fidelium
 turbulam, donec iis Superior factus, Rex, finibus eos
 faceret exulare, & Super Attendentes, vice Episco-
 porum, constitui curaret, S. Codicem, Bugenhagii consi-
 liò, in vernacula, manibus versari vulgi; Haffniensem
 fundaret Universitatem; Religionemq; Regno infer-
 ret, à nævis purgatam Pontificiis. Delevit quoq;, hóc, &
 aliorum incitatò exemplo, Sveciæ Rex Gustavus, Religi-
 onem pristinam Idololatriæ. Clericos, Cultu nunc
 Divinò restituto, in Regno manere nolentes, dimisit
 in Pace, & operâ Usus Olai Petri, Biblia primò omni-
 um Stanneis Typis in Svecico Idiotismo proferentis,
 & publ. bono, in singula distribuentis, Templorum pul-
 pita, Lasconi significavit: dolere se, quod non in Sve-
 ciam contendisset rectà cum comitatu suo, pollicitus
 non tantum tutum præsidium, & publicum Ecclesiæ,
 Hospiti, Ministerium, verùm etiam, haud obstante o-
 pinionum diversitate, liberalia Ministris eroganda sti-
 pendia. Ut ergo est Cuncti Potenti rerum Arbitro pe-
 rindè, nullis ne, vel multis, agat rerum causis, opera
 sua? contemptibili ne utatur, vel magnificò ministe-
 rio? ita etiàm in proclivi ipsi est, contrariis planè ali-
 quid effectum dare mediis. Quippe eò jam aliquando
 deventum erat, cum Re Protestantium, Retrocessus, &
 pusillanimitatis, ut de Cælo mutando quilibet, & de fu-
 gâ in Bohemiam, ipse cogitaret Lutherus. Sed DEI
 Spiritu plenus, & terq;, quaterq; ille Nobilis Francis-
 cus

75
cus à Sickingen, ipsi, & ipsis, animum addidit, hospitium paraturus Ecclesiæ, lampadibus veluti exornatum Virorum Theologorum. Usq; dum ex ipso naufragio (Obsidionis scilicet Sickingenæ) animum ipsimet fumentes, Joannes Syvebelius ad Ludovicum deveniret Palatinum Bipontinum, primum jaciens Reformationis Palatinæ lapidem; Bucero autem Argentinam properante, Basileam sibi eligeret Oecolompadius. Qui semel saltim, ut audiretur Concione, & Lectione Publica, sollicitatus, paucorum intervallô annorum, rem eò deduxit, ut Civitas reddita sit Reformata Univerſa. Thuringiam meditatur Casparus Aquila, & structuræ illi Christianæ utiliter operam suam locat. Neque abſimile est, quod vidit Italia, nostrum alias Delicium migrantis in orbem, quod audivit Neapolis; testatur Luca; experta est Pisa. Quæ, Cōfessores postmodum Evangelii expuerūt singulæ, sed tales, quorū edificatæ sunt remotione, Ecclesiæ Italicæ aliæ, Genevensis, Zurichensis & Londinensis. A bello statim Schmalcaldico, Devictis Protestantibus, & Ferdinando à malevolis accensô, Fratres ex Bohemia, & Moravia Proscripti, insidiasq; sibi in Hercynia Sylva structas, feliciter effugientes, Posnaniam se contulêre, Mathiâ Syonio Seniore, Duce, satis benignè ab Andrea, Comite à Gorka, Castellano Posnaniensi, & Capitano Generali, excepti, & sacris administrandis admissi. Verum, decimâ abhinc hebdomade, Regio Edicto eos ex omnibus Poloniæ terris profligavit, Sigismundus Rex. Quâ causâ motus Albertus, Marchio Brandenburgicus, Primus Borussiæ Dux, eos libertate donavit exercendæ Religionis, Oratore, & Ex Oratore pro ipsis facto, Paulo Sperato. Reditum meditantés nonnulli eorum, testè rem agunt apud Magnates,

gnates, & id dant effectum, ut Petrus Paulus Vergerius, aliquando Episcopus Justinopolitanus, Nunciusq; per Germaniam, Papalis, Refutationi librorum Protestantium, quantus quantus vacans, conversus sit ad fidem Evangelicam, confessusq; deinceps, quinquagesimo se, & Sexto, Seculi anno, jam quadraginta, & quod excedit, reperisse in Polonia, à Fratibus exstructa Tempora, nihil certè minùs, quam id, cogitantibus iis, qui adeò crudeles, exturbaverant Fratres. Paulus Bossacus, Diaconus [ut primis saltim nonnulla delibemus labris] suspiriis altissimis liberationem suam in vinculis à Deo flagitans, eum liberationis obtinuit modum. Formâ quippe, Venerabilis quidam, ipsi in somniis, ferrum, eminùs, è muro, demonstravit, quo laxior, & patens magis, reddi queat ad fugam, fenestella. Nutum est sequutus, somno experrectus, at, lassus obdormivit, sed denuò per quietem monitus: celeri fugâ se tortoribus, jam jam instantibus, subduceret! delapsus est è turri in fossam, fores horti Regii patentes, ut sibi erat prædictum, transivit; In taberna mercatoris latitans in foro, requievit; rursus compellatus: quid Tu rerum heic? an non constat, persequi Viros vinctum, & carcere elapsum? Meliùs ergo ivit sibi, plenè evigilans, consultum, Prussiam post Exilium, petens, & honorificè, Vitæ suæ satur, humo Quidzini traditus. Georgius Israel, Ecclesiæ Turnoviensis benèmerentissimus longè Antistes, in Jus vocatus, à Popiele Burgrabio, obligatione M. aureorum redimi noluit ab auditoribus, sufficere sibi, dictitans: quod semel sit plenariè pretioso Christi sanguine redemptus, nec fas esse, ut redimatur secundùm, auro humano. Servarent sibi, futuro usui, & exilioviaticum. Comparuit, carceri traditur, sed media die,

die, divinâ opitulante gratiâ, per medios exivit Vigiles,
 Scribæ alicuj9 habitu, calamum habens ad aurem, char-
 tam cum atramentario ad manum, incolumis tandè m,
 bonis avibus ducibus, appellens in Prussia. Joannes
 Augusta carceres tulit æquô animô XVI. annor. modi-
 cò pane, & aquâ sustentatus, sæpiùs flagris cælus, tortus,
 adeò se gessit constantem, ut ardore precum converte-
 terit ipsum Carnificem. Omnem movebat, Canisius,
 Jesuita, lapidem, ut Romanæ ipsum redderet Ecclesiæ,
 sed laterem lavans. Procerum precibus, in libertatem
 vindicatus, vitam protraxit ad LXXI. usq; annum. In
 Gallorum, Provincia, occisus, Vir Equestris Ordinis,
 Antonius Moventius, id habuit, quod domi suæ coetus
 sacros habuisset vivus, post Fata sua, proprium, ut, ven-
 tre exenteratò, traherentur viscera ejus per vicos, tan-
 demq; mandarentur cloacæ, & in canes, viscera averfan-
 tes, sævitum sit ab ipsis, indignabundis, tanquam si in
 Lutheranos virus suum ejecissent. In Pedomontanas
 Convalles ductæ sunt horum integræ copix; & inau-
 ditò, grassatum est in misellos, tormentorum genere,
 sic, ut canis instar rabidi, miles quidam dimicatâ Evan-
 gelici cujusdam avellens dentibus aurem, hæc evomue-
 rit verba: aliquid, equidè m, ex perditorum horum Lu-
 theranorum carnibus, mecum deferam in Patriam! Ec-
 clesiastæ Sangermannensi, rogo imposito in valle Peru-
 siana, coactæ sunt mulierculæ duæ, auditores olim ejus,
 faces, hòc additò dicitò, iniicere: Sume, impie hæreti-
 ce, has, eò, quod impiè nos tenebras docuisti! quibus il-
 le: Heu, vos miseras, quæ longè gentium abestis à ve-
 ro! Non ego malè vos docui, sed malè vos profecistis!
 Belgica Persecutio Doctores dedit Palatinis Reforman-
 dis. Ducatus V Vürtenburgensium primos suos inde

V

conce-

concepit igniculos, quod Huldaricus, Nutritius eorum, Optimus Maximus, Ducatu suo pulsus, apud Philip-
 pum, Hassiæ Landgravium, invenerit asylum, & toti-
 ès, quotiès, puram audiens Evangelii prædicationem,
 ipsiq̄e præsentiam suam Marpurgensi Colloquio com-
 modans, gustum aliquem imbiberit Veritatis, Exilioq̄;
 nunc integrè exacto, & subditis suis redditus, eandem
 Publicè profiteri ratus sit. Neque inficias ibunt Hun-
 gari, innotuisse sibi primùm abominationes istas Pon-
 tificias, per Ferdinandi, Regis, in Hungariam deductum
 Exercitum, Lutheranis qui scatebat totus, Millesimo,
 quingentesimo, & vicesimo sexto anno. Unde post-
 modum satos, prognatos esse novimus tot Fortissimo-
 rum, Constantissimorumque Fidei Confessorum, &
 Vindicum Veritatis, certissimas Idololatriarum,
 Pestes. Quid referam, de tot Germaniæ nostræ, in re
 Religionis, Incomparabilibus Heroibus, Trium Domu-
 um Inclutissimarum Electoralium, Brandenburgens-
 sis, Saxoniensis, & Palatinæ? de quibus Apostolicò il-
 lo in Mosem, Servum Dei, uti fas esset: majores illos
 reputasse semper, Christi ignominiam, divitias, quam
 omnes Ægypti gazas. Ille utique celebratione omni
 major, Georgius, Brandenburgicus Marchio, Aulæ Re-
 giæ Bohemicæ, Ludovici, Supremus, adhuc dum esset,
 Aulæ Magister, partes semper tutatus est apud Regem,
 masculè Christianorum per Silesiam, Hungariam, &
 Bohemiam, falsò traductorum. Ubi vero Augustanis
 Comitibus, sanciret Carolus Imperator Edictò severiori:
 Omnibus relinquendam esse, sub anathemate, & capi-
 tis animadversione, Evangelii Doctrinam! disertis,
 atque rotundis, se explicuit coram Cæsarea Majestate,
 verbis: potius pro casurum se statim in genua, & capite
 uē

79
ut plectatur suo passurū, quam veritatem agnitam de-
relinquat. Cui Imperator: quid caput? quid caput?
eò nunquam, ut deveniat res, patiar. Parens, Divæ me-
morix, Vtriusque Saxonix Electorum, Mauriti, &
Augusti, Henrici, quàm altis in corde suo egerit, amor
Evangelii, radices? Fratri ostensurus, Georgio, Papico-
læ acerbissimo, Legatis ejus percontantibus, utrū Re-
ligioni renunciare mallet Lutheranae, an hæreditate
exui Ditionum Fratris, quas quidem, perseverationis
casu, offerre integras constituisset secum Ferdinando
Regi? hoc dedit responsi: Videre se, sibi idem jam e-
venire, quod Christo, Domino, aliquando. Duci namq;
se in montem illum excelsum, & ostendi sibi Regna, &
Mundi gloriam; hæc omnia Tibi dabo, si Tu procide-
ris, me adoratum! Verū, abeant saltim, Heroq; suo
renuncient Legati: eligere se, pauperem esse cum Chri-
sto, præditissimo in omni AntiChristi Regno. Id quod
ipsi refudit mox quàm largissimè probum opus, Pater
ille cœlestis, ita, ut citius, quam domum redire possent
Legati, animam efflaret Dux Georgius, & hæredem nan-
cisceretur, præter expectationem, Henricum, Fratrem.
Quanti, & quam invicti semper fuerit animi, ostendit,
victus etiam in captivitate sua, Pientissimus Elector Sa-
xonum, Joannes Fridericus, ante Imperatorem ductus,
tanquàm ad choreas iturus, &, metu aliquò, consensit
se in id Status Imperii, animadvertens, quodcunq; fu-
turo Concilio decretum fuerit, consensui tali usque &
usque reclamans: Equidem, paratum se esse, vel vitâ,
de obsequio suo erga Cæsarem testarier, verum, in cau-
sa hæc Dei, ut veniam conscientix habere suæ dignetur
Imperator, humillimâ se petere mente: Præclare de i-
pso aliquando Virorum Optimus, Philippus Melanch-
thon:
Majo

Majorem tulit Fidei constantiâ laudem,
 Quam si gessisset bella cruenta domi.
 Perbenè usque audit in Annalibus, Elector Palatinus,
 Otto Henricus, qui orbari mallet Neoburgensi Duca-
 tu, quam à Doctrina exulare puriore, Papæ, & Cæsaris
 in gratiam. At, at, benedixit ipsi propterea Altissimus,
 & Ducatum ipsi restituit non solum, verum etiam ad E-
 lectoralem insuper ipsum evexit dignitatem. Quan-
 tam, quæso, non passus est luctam Fridericus Tertius,
 Elector Palatinus, cognomento Pius? nunc cum Fra-
 tribus; mox cum ipsismet Natis, tandem cum Cæsare,
 & Statibus, ab Augustana Confessione nominari soli-
 tis, in arenam descensurus? Etenim, Lutherani licet
 nominis dixisset in Comitibus, Principibus, Cæsar, Fride-
 ricum, Pace Religionis exclusuris: Idemne ego Vobis,
 quod Solomeæ olim Christus, Zebedæi filiorum ma-
 tri: nescitis, quid petatis! replicem? Annon memine-
 ritis, Principem ipsum esse Imperii? Vel vosne jugu-
 labitis Vos invicem ipsos? inque propria sævire fa-
 cietis Vos ipsos viscera? Nonne Vobis occurrit illud:
 Divide, & Impera! Serio tamen imposuit Electori Im-
 perator, ut, quoniam Religio ejus, Calvinianismo a-
 spera, confessioni non respondere dicatur vulgo per o-
 mnia, quæ cluit Augustana, suam commutet cum alte-
 ra illa. Sed, Præsens, Præsentem ita affatus est Elector
 Imperatorem: Non jam de lana, quod dicitur, agi ca-
 prina, sed rem esse animæ, & Salutis æternæ, & in Fidei
 causa, conscientiaque, se unicum saltim agnoscere
 Herum, Regum nempe Regem, & Dominantium Do-
 minum, qui depositum sibi, cum mandato, concredi-
 derit, pœnali, strictissimæ, exactissimæque, si forte de-
 positum periclitaretur, reddendæ rationis. Paratum
 itaque

itaq; se esse, respondere coram singulis ore tenens, de Spe
illa, quæ sit in se ipso, deq; Catechesios suæ fundamen-
tis, atq; articulis. Ad quæ Saxoniarum Elector, Au-
gustus, manus imponens scapulis Palatini, penetrante
admodum ingeminavit voce, fraternè ipsum affatus:
Tu, Tu, mi Friderice, [fritz, fritz,] præ Nobis es mul-
tò, & Zelò, & devotione, magis accensus! O, verè, Prin-
ceps hic, Princeps sit, ut Magnanimorum omnium
Confessorum, ita & rerum potiri solitorum, Principum,
Hic Princeps, Friderico Tertius, Elector! Cui, Joviani ali-
cujus instar, Cæsar esse nolentis, nisi & Exercitus, Cæ-
sarem ipsum proclamans, Fidem amplecteretur Chri-
stianam, ratum erat citius, atq; constitutum, de jurare
Principatum, quam Religionem. Et quid, quæso, bo-
na verba! moramur amplius in eo, quod ita affatum o-
mnia, postliminò quasi, proloquuntur Novissimorum
Christianorum Martyrologia? Ut habuerit usq; ævum
istud, & Constantes, & Magniloquos, in prunis, in la-
queis, in palis, sub mucronibus, sub ipsissimis rotis, E-
vangelicæ Veritatis Testes? Unicum, id mantissæ addi-
derim loco: Occubuisse ob Evangelium, in Vivis adhuc
existente Gloriosissimo Carolò, ejus nominis, Quintò,
in Belgio, millium quadraginta; Ducemq; illum Al-
banum, in laudibus suis posuisse non ultimis, quod
suæ Administrationis Belgicæ isto sexennio, Octode-
cim dederit extremæ morti hominum millia; & con-
stare ex rebus, in Galliis actis, liquidè, & passim, duorum,
& vicenum ductâ annorum intercapedine, quadragin-
ta, & mille, myriadem excedentes, Viros, Fæminasq;,
truculentæ mortis sanguine testatos fuisse, de Religio-
nis Christianæ Veritate, sic eam ob signaturi, ut nec lin-
gvis tacuerint excissis, truncatisq; ad populum mori-

X

bun-

bundi. Immò, expulvere, cineribusq; excitaverat Martyrum, nostri paternè misertus Indulgentissimus longe, & Misericors Pater, felices, & Christianos maxumè, Phœnices, Sic habens ratum semper, atq; gratum, ut Ecclesia, sanguine empta, & redempta Filii sui, sanguine fata sit, sanguine pullulascit, crescat sanguine, maturescat sanguine. sic enim intonant verè credentes, ut Sulpitii Severus olim, decennali illa, & maximâ, sub Diocletiano, & Maximo, Persecutione, accinuit Christianis: Majori nunquam vicinus triumpho, quam, cum decem annorum Stragibus vinci non potuimus. Fertur Cardinalis, Hieronymus Alexander de Marino, Papæ Nuncius, dixisse Caracciolo, vicesimo, & primo, post Augustalia Comitata, anno, ubi Cæsaris fulminaret in Evangelicos Decretum: Eugè, bone Carocciolle, magnifici licet, & præclari nihil facinoris actum sit à nobis, his ipsis in Comitibus, id tamen effectum dedimus edictò hòc nostrò, ut Germanos concitaverimus, collisos invicem, & in partes ituros, quin & in propria brevi sævituros viscera. Sed, quid sit? Seditio orta in Hispania; Cogitur illuc Cæsar; Protestantes laxantur interea, quos benignior incipit afflare aura, rigore Edicti, à Statibus, Norimbergæ coactis, mitigatò, Religioneq; ad alios transmissa plurimos. Ipsi consilium inquit Carolo Quinto, cum Francisco, Primo Gallia, de extirpando, junctis viribus, Lutheranismò. Verum, obices ipsis ponebat ipse Papa, tantum facessens Imperatori in Italia negoti, ut Publ. confiteretur Apologià Cæsar: remoras injecisse ipsissimum Pontificem Maximum, quò minùs sit integrè deletus Lutheranismus. Quum Edicta cumularet Edictis, adversus Evangelium, Cæsar in Comitibus Augustanis, sic, ut terrori esset datum omne,

mne,

mine, quicquid cluebatur Protestationis contra Papatum, obtorto veluti collo tractus est Turca in Austriam, ut nolens, volensque inductus sit Cæsar, Pacem pollicerier Statibus Protestantibus, junctas saltem ut ferant ipsi manus auxiliares. In Helvetia jam aliquoties succumbebant Reformati, manibus cedentes Synagogæ Romanæ; non succubuit tamen propterea Religio Reformata in Helvetia. In Anglia Conclamatum jam esse putarant Mariæ, Reginae, temporibus, vel myriades hominum, tot cernentes Magnorum Dei Virorum, & Electissimorum Ecclesiæ Organon, funera. Ast, qui ex tenebris lucem prodire jussit, etiam Elisabetham eduxit ex carcerum squalore, in Solium eam collocans, omnemque decollans Spem Pontificiorum. Post Lanienam illam famigeratissimam Parisinam, universam nunc Christiano cruore inundatam Franciam, Anni, Septuagesimi, & Secundi, Publicæ quidem actæ sunt Romæ, pro eradicatione Hugonottica, Deo gratiæ: Verum, in circum antequam rediret integrè anno, in tanta iterum prodire frequentia Reformati, ut mortuos revivixisse dixisses, pœnas dignas haud effugientibus, Irati Dei, Trucidatoribus, tantorum Vindicis, & Ultoris criminum, quo illud refero, Juvenalis Pœtæ:

Ad Generum Cereris sine cæde, & sanguine, Pauci
Descendunt Reges, & sicca morte Tyranni.

Ut enim Sigismundus olim Imperator, aliam planè, & sinisteriorem, expertus est suorum sortem, ex quo ille flammis dedisset Constantiæ, Joannem Hussum, ita, ut brevi liberis, & hæredibus orbis, de Vita exiret, nomine ejus deletio super terra viventium, Sic justas quaquavorsum plurimi luere Persecutionum suarum pœnas. Sic Mariæ Anglorum aliquando Concellarius, Stephanus Gardi-

Gardinerius, Vintoniensium Episcopus, non admodum læviit diù in Christianos conversos, flammâ, & ferro, quin animam efflaturus, cum desperatione exclamaret: Ohe, ohe, me perditum! Cum Petro quidem peccavi, sed, cum Petro non ploravi, cum Petro non pœnitens exivi. Sic Franciscus, Gallorum Primus, in hora demum mortis, quàm ipsum premeret Valdensem sanguis effusus, sentiens, in mandatis reliquit Henrico, Filio: Monachum apprehendere Joannem, authorẽ sibi, cruentas ut intulisset Valdensibus innoxiiis manus. Quod & factitatum fuisset, nã fugã sibi ille consulturus, laqueo extricasset caput. Sic Henricus Secundus, compedibus tradidit Consiliariorum suorum, procedere Regis disvadentium, Bigam, Ludovicum Fabrum, Regem, cum Achabo comparantem, eumq; esse, dicentem, qui Israelem conturbaret Dei, & Annam Burgæum, contumeliosa Regis in Deum dejuramenta, & profusas libidines, perstringentem acerrimè, sed à Montigommero, paucis interjectis temporum spaciis, vulneratus, in hastiludio, ad oculum lethaliter, & juxtã Bastiliam, carcerem, portatus, iteravit idemtidem: vereri se, ne injuriã affecerit in vinculis ibidem detentos hos Duum Viros. Defunctus tandem ex vulnere est miserè. Sic Franciscus ejus nominis Secundus, aurem suam, Ob Religionis Exercitium sibi factis Supplicibus, negaverat. Sed, Ulcere feriebatur à Deo ad aurem, unde vitam, cruciatus finiret inter. Sic Carolus Nonus, Rex, pollutas habens ex subditorum sanguine manus, in suo ipsius extingvi debuit sanguine, periturus. Sic, Henricus Tertius, & Guisanus Dux, multum tulere ad sanguinolentum istud Lutetianum Balneum, olei. Sed Sanguinolentã, violentaq; ceditere Uterq; morte. Sic
Caro-

Carolus Romanorum ipse Confessus est Imperator, Se
omnes experiri voluisse lacertos, & facultatum omnes
periclitatū fuisse nervos, Papā saltim, ut servaret in Fa-
stigio, sed in fumum abiisse ærarium omne, quod qui-
dē dedoleri posset tandē. Sed, & famæ desuper,
existimationisq; suæ, recuperari per omnem vitam
nesciæ, naufragium se fecisse. Jactitent ergo, si ipsos
lubido subit, Purpurati, Miracula sua; Prædicamus
nos Mirifica Dei nostri, & Nostri in Christo Miseren-
tis, Benignissimi Patris, Magnalia; qui Verbi sui vel
solō sonō, Recorā mundo maximè contemptibili;
qui tam exiguis, & despiciatui habitis, organis *U*sis, hoc
usq; progressus est Reformationis, & ad *U*mbilicum,
furente licet orcō, Rhinocerotum licet in morem na-
sum torquentibus Christi Vicariis Anti Christianis, de-
duxit feliciter Opus, Omnium, post Christi Reforma-
tionem, gloriosissimum; itā, ut brutō illō Romanō
susq; deq; habitō fulmine, fulmine citiūs, Regnorum
illuminaverit, Evangelium, ipsa penetralia; Ut contra-
riis planē, & rationem superantibus longē mediis, sal-
vificam Veritatis, & Cœlestis suæ Voluntatis agnitio-
nem, in corda profeminaverit tot Myriadum Millium
hominum, Mundumq; luce suā impleverit æternā Al-
tissimus; *U*t quō plus erat sævitum, secatum, crema-
tum, solo æquatum, dirutum, damnatum, eò prorupe-
rint magis, eò transverberaverint magis, acutissimi il-
li, & penetrantissimi Evangelii radii; Ut Potentiæ Mor-
taliū nulli, cuicumq; etiam, huic, datum sit, injicere
moram; *U*t tredecim Regnorum ille, Hispanus, Rex, Phi-
lippus Secundus, Omnibus, ab Ortū ad Occasum usq;
Solis, conquistis, in Galliam mox, in Angliam mox,
in Belgium mox, transportatis, projectisq; Thesauris,

Y


nihil

nihil obtentum iuerit aliud, quam ut in abyssum eas tulerit Terræ Gazas, fortè etiàm mare aliquando ditaturus, Si Octuagesimum vel maxime reputemus nobiscum Seculi illius & Octavum annum; æs contraxerit alienum in fandum, & moribundus in audiverit tamen: florere Reformatos, in Belgio, Anglia, & Gallia modò, si floruerint illi Unquàm. Sic ut Patuli Cœli Face pateat apertius, nullum posse planè objici Evangelii curriculo obstaculum, quod non sit superaturus Deus. Potius enim concutiendam terram, & exagitando Cœlos, quam *Ut* Evangelio sua Propagatio non constet. Cœlum atq; terram periturum citius, quam ut Verbi Divini punctum excidat ullum. Cum non in Exercitu, viribusq; consistat humanis, sed Spiritu ejus, ut Ecclesiam suam servet Omnipotens sartam; tectamq;. Nostrum non est, Seculi istius Acta conscribere, gesta q;. Plaustra postulat Reformationis Seculum Voluminum, neq; *Unius*, certè, pares sunt Operi isti ferendo, Operatorum in Vineam Domini, humeri: lis saltim opellam mutuare duximus nostram, quibus perspecta nondum est ex solido, res Ecclesiæ, Antiquitati non deditis, & pertransennam veluti inspicere cupidis, Ut se Principia statim innovatæ, & ad Scripturarum Divinarum, Primævorumq; Ecclesiæ Patrum amussim libratae Doctrinæ, dederint Principia, ac ne? Quæ ob signavit feliciter principia mors, Lutheri præprimis, *Ut* qui Controversiis nonnullis componendis, evocatus à Comitibus Mansfeldicis, Islebiam, morbò ibidem correptus, Spiritum suum, alta inter suspiria, reddidit Patri Cœlesti Indulgentissimo longè, ipso Concordiæ, & Constantiæ, vel si mavis, decimi & octavi Februarii die, Anni, æræ Christianæ, Millesimi, & Supra quingentesimum, sexti,

87

sexti & quadragiesimi anni, sed ætatis suæ, Climacterici
illus magni, sexagesimi, & tertii anni; Melanchthonis,
cujus, in sinum portata, est anima, Abrahami, decimo
nono Aprilis, sexagesimi [sit memoria ejus in benedi-
ctione!] Seculi istius anni, & Calvinii, Ultimum Na-
turæ per solventis debitum, septimò, & vicesimo, sexa-
gesimi, & quarti anni, Maji die. Quibus parentandis,
fas fortè foret, & operæ pretium, integrum, ut sumamus,
ex proëresi, & specialiori Scriptò, otium. At, at,
ad fontem iterùm conversi primum, excitemus corda
cum Davide sursum, Spiritu sic intonantes levato: Lau-
da nunc anima mea Dominum, neq; ejus, quo Tibi be-
nèfecit, & animam pavit tuam, & vitam redemit ab
orco, dememinisse videaris unquam. Qui Te per ru-
brum istud Persecutionum Anti Christianarum mare
eductum, vindicatumq; ex Babylone spirituali, in li-
bertatem eduxit dulcissimæ Evangelicæ Canaæ, gratiâ
Te coronans, & misericordiâ. O, sit, sit Nomen ejus
bene dictum in secula! Qui traduces nos, & ἀπαυγάσμεθα
esse voluerit Fortissimorum Evangelii Confessorum.
Traducat ille, traducat Te Optimus, ut Majorum semi-
na, pariter etiam in Nos, & Veritatis, & pietatis Semina,
nunquam, nusquamq; , in Nobis intermoritura. Sancti-
ficet nos Sanctus ille in Israël per Omnem veritatem,
perq; , tranversumq; , magnus usq; , dum inchoetur Jubi-
læus annus, quò Reformaturus est Gentium Reforma-
tor Ecclesiam, per Lutherum neq; , neq; per Zvingli-
um, aut Oecolampadium, aut Melanchthonem, similes-
que, sed per Unum, in quo constituit, Virum illum Ju-
stum, Jesum Christum, qui à jugo non tantum Episco-
pi Romani, sed à jugo, quod caput est, peccati, & à tene-
brarum potestate, & ab omni mortis terrore, & ab omni-

omnibus inferorum portis, nos stetit liberos, & reliquiis
 insuper, id est, infirmitatum adhuc nostrarum, inobe-
 dientiarumve secundinis, nos Ultimùm purgaturus,
 sistet Patri Sponsam suam, rugis omnibus, & maculis, &
 carcinomate quocunq; vacantem, dictaturus, Dictator
 Perpetuus: Hi sunt illi, Pater, scortati qui non sunt
 cum Magna illa Bestia, Babylone; de poculo neq; bibê-
 re, inebriati neq; sunt mero ejus Meretricio; Hi sunt
 illi, genua qui non flexêre idolis, & Sanctis eorum Scul-
 ptilibus; qui Insignia de se delentes Bestiæ, notas præ-
 ferunt in frontibus Agni; qui crucem meam repu-
 tarunt gloriam suã, dolores meos, suas delicias, contu-
 melias, suum Decus, & ornamentum, & mortem, frugi
 suam, beatamque nobiscum Vitam. Sunt, sunt, hi, in
 angoribus qui ad finem perseveravêre, perferentes, ob-
 durantes. Sanctifica ipsos, sancte Pater. Volo enim,
 ut sim ubi ego, sint & illi mei, visuri, prædicaturi glori-
 am illam meam, quam dedisti mihi ante jacta mundi
 fundamina, Ibunt, ibunt mecum tùm in Templum
 illud cœleste, sanguine meo redempti pretioso; In Tem-
 plum ibunt illud Reformatum, Sanctum Sanctorum,
 quod Cœlum cluit, Paradisus est, Justitia, Paxque, gau-
 diumque æternum, & inexplicabile. Gloria, qui ædi-
 ficavit Templum, Patri; Gloria, qui demeritus est Tem-
 plum, Filio; Gloria, qui nos Viva reddit Dei Templo,
 Spiritui Sancto! Et in hoc qui nobiscum vult Tem-
 plum, dicat nobiscum! Veni, veni, eja, Domi-
 ne JESU, Veni. AMEN.



Ji 3495

40

ULB Halle 3
007 375 913



VD 17

HL







NASCENTIS
ANGELII
CIES.

IS NOVISSIMO,
HOC SEculo,
DETECTA,

ET,

LA RECENSIONE,
center Depicta,

à

CISCO SIEFERTO,

o Electori Brandenburgico
à Sacris.

rdie Pomeranorum,
nptibus Authoris,

AMPII, Regim. Elect. Typogr. Anno 1681.

